

# PROPOSITIONUM THEOLOGICARUM

S P E C I M E N

AD UNIVERSAM PENE THEOLOGIAM EXPLICANDAM,  
QUAS UNICE EXCERPTAS

## EX S. AUGUSTINO.

EIDEMQUE PATRI SUO ET MAGISTRO DICATAS  
PUBLICO CERTAMINI EXPONUNT

## CLERICI REGULARES CONGREGATIONIS SOMASCHAE IN COLLEGIO CLEMENTINO.

*Qui legunt haec si intelligunt, agant Deo gratias: qui autem non intelligunt orent ut eorum ille sit doctor interior, a cuius facie est scientia et intellectus. Qui vero errare me existimant, etiam atque etiam diligenter quae sunt dicta confidant, ne forfagi ipsi errent. Ego autem cum per eos qui meos labores legam, non solam doctorem, verum etiam emendatorem sio, propitium mihi Deum agnoscō: et hoc per Ecclesiae Doctores maximē expectō; si et in ipsorum manus venit, dignanturque nosse quod scribo.*

S. Augustinus de dono persev. n. 68.



R O M A E MDCCCLXXI.

Ex Thypographia Chracas, propè S. Marcum in Via Cursus,

SUPERIORUM FACULTATE.

**A**UGUSTINUS erat: quem Christi gratia cornu  
Uberiore rigans, nostro lumen dedit aero  
Accensum vero de lumine: nam cibus illi,  
Est vita, et requies, Deus est; omnisque voluptas  
Unus amor Christi est, unus Christi est honor illi;  
Et dum nulla sibi tribuit bona, sit Deus illi  
Omnia, et in sancto regnat sapientia templi.  
Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto  
In sanas pepulere feras, industria major,  
Majus opus, totum praestantius imbuat orbem.  
Nam quocumque gradum convertis callidus hostis,  
Quaque per ambages anceps iter egit operata,  
Hujus ab occursu est praeventus, mille viarum  
In sediis adiutum non repperientibus ullum.  
Cumque foris rabies avidorum exclusa luporum  
Freenderet, inque omnes mendacia verteret artes;  
Ne mentes ularum ovium corrumpere posset,  
Neu dubia obliquis turbaret corda querelis,  
Istius ore viri fecit Deus: istius ore  
Flumina librorum mundum effluxere per omnem,  
Quae mites humilesque bibunt, campisque animorum  
Certant vitalis doctrinae immittere rivos.

S. Prosper carm. de Ingratis a v. 102. usque ad v. 125.

# P R A E F A T I O.



PRANDUM profecto vehementer est, et impense enitendum, atque efficiendum, ut quotquot sunt qui in catholicis scholis Theologiam profitentur, unius sint labii; ambulentque in domo Domini cum consensu, ita ut neque unquam in iniustitia veritatem contineant, neque verbum Dei, quod prohibet Apostolus; aut cauponentur, aut adulterent, sed, quod ipse praecipit, et inculcat, semper id ipsum sapient in alterutrum, & *εἰς ἀλλεράς*, id est, ex sinceritate, et tamquam ex Deo, coram Deo, in Christo loquuntur. Hac enim re nihil est aptius, nihil efficacius, nihil securius ad recte et invicte seu haereticorum infringendam audaciam, seu schismatis corum componenda dissidia, seu magistrorum auribus prurientium morales ne dicam fabulas nescio, an contortulas et minutulas conclusiunculas eliminandas, seu demum insipientis philosophantium sapientiae aculeata sophismata diluenda. Ut hæc igitur voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio, atque, verbis enim utar Tertulliani, consanguinitas doctrinæ apud nos tandem aliquando nostris inscholis obtineat: ad imitandum tam nobis propositum exemplar est, quam aliis Augustinus, omnium quidem sanctorum Patrum, omnium Doctorum, omnium denique Theologorum facile princeps; qui tot, tantisque voluminibus ingenii abundantia, mentis profunditate, sermonis suavitate, ac multipli ci eruditione, et certa solidaque scientia, mirabilique pietate præstantissimis, planum ac tutum totius Theologiae curriculum nobis circumscriptis. Sed ne quis forte gravetur omnia nos non nisi Augustini verbis exequi velle, illud recolat: Interroga patrem tuum, et indicabit tibi, seniores tuos, et dicent tibi. Quod si nemo improbare audeat S. Prospere Aquitani rationem, atque consilium, cum ter centum illas atque tres et octoginta sententias ex ipsius Augustini libris expromperit, collegeritque: cur nobis quisquam succenseat, si ex tota propemodum Theologia totidem et amplius propositiones ipsissimis Sancti Patris nostri Augustini verbis, gravibusque sententiis conceptas excerptimus, et eo quo sunt ordine distributae digessimus? Ita namque specimen veluti exhibetur totius ejusdem doctrinæ, ratioque tractandæ, ut nemo hujus fontis haustus expallescat; quin immo ut quisquis in theologicis

<sup>4</sup> disciplinis religionisque negotio proficere desiderat ; hunc ipsum adeat , hunc ipsum consulat , huic ipsi auscultet , quem Oroetus juvenis praesbyter ab ultima Hispania scripturarum ardore inflammatus petiit ; cui earumdem scripturarum curam Patres duorum Conciliorum Numidiae , et Carthaginis impo- suerunt ; ad quem Theodosius Imperator honorificentissimas litteras dedit , ut inter venerabiles Ephesinae Synodi Patres consiliarius assideret ; quem ad Mauritaniam Caelariensem ne- cessitatis ecclesiasticae caussa Zozimus R. Pontifex delegavit ; quem haeretici reformidabant , schismatici refugiebant , indo- xi consulebant , doxi ammirabantur , cunctique Catholici ro- to terrarum orbe dispersi ceu sal terrae , ceu lucernam digne super candelabrum Ecclesiae positam suspiciebant , maximis- que laudibus efferebant ; quem Volusianus , ne nimius sim , virum probitatis justitiaeque documentum ; quem Audax the- saurum sapientiae , oraculum legis , sacratorem justitiae , in- stauratorem spiritualis gloriae , dispensatorem salutis aeternae ; quem tandem Paulinus magistrum et medicum spiritualem , atque benedictum doctorem Israel , ejusque libros dictata di- vinitus verba , ejusque os fistulam aquæ vivæ et venam fontis aeternae appellatae consueverunt . Jam vero fatemur et li- benterissime quidem fatemur eos in praesentia nos alloqui , stu- diosissimos sane doctrinæ et modestissimos viros , qui nullo unquam modo imitari auderent Megalium illum Calamensem Episcopum , Numidiae Primate , qui de Augustino adhuc præbytero , ut ex ipsius tertio libro contra litteras Petilianæ patet , malam in partem scriptis iratus ordinatur futurus epi- scopatus ejus : sed hic postea a sancto Concilio de hoc , quod in Augustinum ita peccaverat , veniam petivit , et meruit .

Ep.inter Au-  
guit. 109. Vos potius sancti Severi Milevitani imitatores , redundantiam  
,, uberum suscipientes Augustini , vites nobiscum compara-  
,, bitis , si possimus idonei effici ad ea concutienda , et expri-  
,, menda , ut quidquid secretius et interiorius clausum culto-  
,, diunt , remotis pellibus , quas adhuc nobis lactentibus su-  
,, gendas inferunt , ipsa nobis viscera , si possibile est , dignen-  
,, tur effundere . Viscera , inquam , nobis ut refundantur cu-  
,, pimus , viscera Augustini , viscera pinguis sagina caelesti ,  
,, et condita omni dulcedine spirituali : viscera pura , viscera  
,, simplicia , nisi quod duplice sunt vinculo redimita geminae  
,, caritatis , viscera perfusa lumine veritatis et fulgentia ve-  
,, ritatem . Horum nos manationi vel resoluteioni subjicia-  
,, mus , quo nox nostra in lumine ejus deficiat , ut in die cla-  
rita-

,, ritatis simul ambulare possimus. Verum enim vero si hoc literatissimorum hominum conventu praeclarissimam aliorum Patrum lauream cum S. Augustini gravissima atque ornatissima laudatione conferre aggredemur, verendum est, ne illud quis nobis regereret, *Non erat hic locus.* Quis enim, ut mis-  
sam vitas integritatem sanctitatemque faciamus, quis, inquam, paucis recensere potest artes omnes et disciplinas, quibus ex-  
cultus ejus animus fuerat, tum politi ingenii ac perspic-  
ciam, tum facilitatem firmitatemque memoriae, tum deni-  
que miram cogitandi, et comprehendendi facultatem descri-  
bere? Quae vero ad ingrediendam, et suscipiendam horum  
studiorum rationem saepè numero in aliis desiderantur, ea in-  
credibile dictu est, quam apte in ipsum, concinneque coaluer-  
rint: seu timorem spectetis, et infractionem quamdam animi et  
demissionem, in quam semper cadere tantum Doctorem mira-  
mur, quotiescumque sensa, ac enthyemata ad veritatis nor-  
mam exacta e proprio ac pene divino locupletissimae suae  
mentis penu dapromit; seu vobis ante oculos obversetur pul-  
cherrima illius temperantia, et moderatio atque modestia, per  
quam pudor honestus claram, et stabilem comparat auctorita-  
tem; seu tandem admiremini ejus non obscuram, non inanem, non  
jejunam orationem, sed nativam ac nitidam, nec solum veri, et  
pietatis habentem colorem et speciem, verum etiam succum, et  
sanguinem incorruptum; adeo ut ejus perenni quasi lumine,  
hominum mentes ad veritatem inveniendam illuminentur, et  
quasi verborum igniculis eorumdem corda ad capessendam virtu-  
tem incitentur. Quare cum mecum ipse in animo considero,  
cur postea quam tamdiu ab Aristotele, tamquam ab oraculo pe-  
penderit Theologia; ad rationem Augustini, nulla unquam  
directa fuerit rationalis Philosophia: satis admirari non pos-  
sum, rem fuisse uno tenore illorum Pseudo-Scholasticorum  
perquam, qui irritatione scalpendi omnia, sophismatum fa-  
ces in scholam intulerunt, tum optime, ut Canis animadver-  
tit, se disseruisse rati, cum universas quaestiones theologicas  
frivolis argumentis absolvissent, et vanis invalidisque rat-  
unculis magnum pondus rebus gravissimis detraxissent: ut non  
tam verum invenisse velle viderentur, quam adversarios con-  
vincere, concertationibusque et rixis totas chartas implere.  
Quod si aeque ac ars quo magis naturam aemulatur, Philoso-  
phia quoque ac praesertim Metaphysice eo magis perficitur;  
quo, ut ait Augustinus, a communibus et naturalibus haustis  
hominium perceptionibus minus recedit: jure merito in eam  
ire

ire sententiam nobis debere videmur, ut putemus nusquam alibi quam ex aures ejusdem S. Augustini libris, veri et certi notas melius peti, nusquam querendi, et differendi, judicandique rationem securius erui, nusquam ad mores informandos bene provisa et diligenter explorata ethices principia faciliter et copiosius exprimi, nusquam demum ad confutandos incredulos theologiae naturalis elementa, et quae inde profluunt inductiones et ratiocinationes utilius ac enodatius elici. Quod autem in Christifidelium scholis nondum obtinuisse dolemus quoad rationalem Philosophiam, id omnis ratio postular, omnia jura clamant, ipsaque religionis dignitas poscit, ut saltem quoad Theologiam infsedeat atque inventaret. Nam cum a falsi nominis scholasticis non immutat modo, sed exaggerata etiam Theologia fuit, immane quantum a veterum norma deflexa, ac traditionis fontibus vel negligetis vel ignoratis: eo etiam verae laudis gustum se non habuisse professa sit, quod scholae omnes in varias sectas divisiones secum ipsae pugnare coepertint, in nomine vel Thomistarum, vel Scotistarum, vel Nominalium, vel Cabalistarum exultantes et triumphantes, nec ulla inventa est, quae ab incomparabili magistro Augustino Augustinensium tunc temporis nomen sibi asciscere gloriaretur. Quid igitur haber admirationis, quod dixerit divino spiritu a statu Ecclesiastes verba esse plurima, multamque in disputando habentia vanitatem, cum homo, quem Deus rectum effinxit, ipse se infinitis miscerit quaestionibus; ac plus sapere cupiens quam necesse est, obstupuerit, et antiquos terminos quos patres nostri posuerunt, transgrediens suis in disquisitionibus evanuerit? Quod malum ut Deus a nobis avertat, nostra profecto imitatione dignum putamus vel Tayon illum episcopum Cæsaraugstanum, qui ut Mabillonius narrat in *Analepsis* et in opere *de Studiis Monasticis*, seculo sptimo Theologiae fere omnes communes locos ex solis pene Augustini operibus edetos, quinque libris quos nemo adhuc typis edidit, distinxit: vel Marionium ex Ordine Minorum praestantissimum Theologum, qui vix tribus abhinc annis laudabili industria improboque studio caelestia hinc illinc magni Augustini dicta in unum contulit, suisque sedibus non carpim et jejune, sed enucleate et continentier collocavit, ita ut ejus dignum opus quod nocturna diurnaque manu studiosi versent adolescentes, *Theologia Sancti Augustini libris excerpta* jure optimo audiat. Quis enim tot inter tantosque Patres unum non scilicet Augusti-

stium , cui potissimum adhaerescat ; si hunc ab omnibus legi jubet Fulgentius , qui salutem aeternam adipisci desiderant : si ipsius dicta quasi sua Hieronymus defendere decreverat , cumdem conditorem antiquae rursus fidei praedicans . Si ipsius volumina divinitus in medio sunt conservata flammaram : si legi deesse quidquid ille ignorabat , putavit Volusianus : si ipsius doctrinam testatur Paulinus errorum caligines discussisse , et lucem veritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enibilasse ? Hic autem negare non possumus , quod liberenter fatemur , cuicunque cordato viro sanaeque doctrinæ studio optimum debere ad imitandum propositum exemplum esse praeclarum illam Lovaniensem , et Parisiensem Theologorum palaestram ; tuin illud Patrum Maurinorum ingenio perfectum opus atque elaboratum industria ; tum illos denique doctissimos Augustinenses Bellem , Bertium , et id genus alios quam plurimos , sed in primis Cardinalem Noribum quem semper honoris causa nominamus ; qui omne suum tempus in conformandis ad animum et mentem Augustini , ut par est , theologicis disciplinis transgendum putarunt . Sed nobis ad latissimos et frugiferos Augustinianæ doctrinæ campos peragrandos calcaria etiam admovent quinta et sexta Synodus , quae illum merito ecclesiae et immortalitati consecrarunt : sancti deinde excellentesque Romani Pontifices , Innocentius , Zozimus , Bonifacius , Caelestinus , Leo , Gelasius , Horsemida , et alii : Concilia quoque Africana , Synodus Episcoporum propter fidem in Sardinia exulantium , Arausicana II. ab Apostolica Sede universoque orbe probata , cuius viginti-quinque canones iisdem Augustini verbis conditi fuere : Patres item qui eadem et sequenti floruerunt aetate , Ambrosius , Hieronymus , Paulinus , Optatus , Prosper , Hilarius , Fulgentius , Gregorius M. , Isidorus , Bernardus : illud etiam splendidissimum Scholatum lumen atque Angelicus Doctor , praecipuumque Dominicanæ Familiae praefidium et decus S. Thomas , sexcentique alii enuntiae naris Theologi : postremo Clemens VIII. acer in Congregationibus de Auxiliis ejusdem S. P. Augustini doctrinæ assertor et vindicta ; cuius hoc nobilissimorum juvenum Collegium et nomen et memoriam et honorem cum caritate et benevolentia quodam quasi suo jure sibi usurpat . Quae cum ita sint , si nobis est in animo , duce et auspice M. Augustino , omnium theologicorum dogmatum inire viam , illud , quaequo , animadverte unum nobis sufficere Augustinum debere ad cognoscendum et dijudicandum de gratia et de

et de praedestinatione. Quare si quid in Scholasticorum placitis offendimus, quod ab Augustini sententia fortasse abhorreat; aequi bonique consulant precamur, si cum debita illis reverentia Hypponensem Doctorem longe impensius colentes unice sequi gloriamur; nec alium interpretem suscipere velimus, nisi inconcussa, atque tutissima suimetipsius dogmata, quae toties jam approbat, commendavit, confirmavitque

*Sedes Roma Petri, quae pastoralis honoris  
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis  
Relligione tenet:*

et quibus etiam nihil Dei verbo tum scripto tum tradito magis consonum, nihil Theologiae candidatis magis consentaneum, nihil denique magis compositum, magis compactum et coagmentatum inveniri potest.



# PROPOSITIONUM THEOLOGICARUM

## S P E C I M E N .

- De Civ. Dei I., **T**heologia, quo verbo Graeco significari intelligimus *Theologiae de divinitate rationem, sive sermonem, est divina- definitio.*  
I. 8. c. 1.  
De Trin. I. 14., **r**um rerum scientia, quam proprie sapientiam nuncupat  
n. 3., **M.** Augustinus.  
Ep. 118. n. 11. II., Nolo prius aliquid doceas, quod dediscendum est ut *Eius scopus.*  
Ep. 193. n. 13., vera doceas. Ut ergo discamus, invitare nos debet suavitatis  
De Gr. Chr. **v**eritatis: ut autem doceamus, cogere necessitas caritatis.  
D. 27., **E**t tunc scientia non inflat, quando caritas aedificat.  
De Symb. III., Non sumus curiosi ad investigandum, quod Apostoli *Modelle trahantur*.  
Serm. 2. ad exprimere minime potuerunt. Certe ex me nemo scire  
catech. n. 23., queat, quod me nescire scio, nisi forte ut nescire dicat,  
Ep. 167. n. 3., quod sciri non posse sciendum est. Adversus eos autem, qui  
; sibi videntur scire quod nesciunt, hoc tutiores sumus, quod  
; hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim,  
; quod nescire malum est; aliud quod sciri vel non potest;  
; vel non opus est, vel ad vitam quam quaerimus indiffe-  
; rents est.  
De don. perf. IV., Cum ignorantia et difficultas ad miseriam justae dam- *Quod scitur et*  
n. 27. nationis pertineant; non erubescendum est homini confiteri se *nescitur saten-*  
Ep. 190. n. 16. **n**escire quod nescit, ne dum se scire mentitur, numquam sci- *dam.*  
Serm. 265. n. 9., **r**e mereatur. Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est:  
; qui se negat scire quod scit, ingratuus est.  
De bapt. V., Homines sumus: unde aliquid alter sapere quam res *Diaboli praec-*  
cont. Don. I., **s**e habet, humana tentatio est. Namis autem amando senten- *fumptio vitan-*  
2. n. 6. **t**iam suam, vel invidendo melioribus, usque ad praeciden- *da.*  
; dae communionis et condendi schismatis vel haeresis sacrile-  
; gium pervenire, diabolica praeiunctio est. In nullo autem  
; aliter sapere quam res se habet, angelica perfectio est. Quia  
; itaque homines sumus, sed spe angeli sumus, quibus aequa-  
; les in resurrectione futuri sumus, quamdiu perfectionem ange-  
; li non habemus, praeiunctionem diaboli non habeamus.  
De Gen. ad VI. Traeactandis curiosis quæstionibus, nec jam mihi tempus *A curiositatibus*  
lit. 2. n. 23. **e**st, nec illis esse debet, quod ad salutem suam, et sanctæ *bus arcenda*  
De cura ge- **e**cclias necessariam utilitatem cupimus informari. Non enim  
ren. pro **p**arvus est fructus, si aliqua obscura et incerta, quæ compre-  
mort. n. 21. **h**endere non valemus, clarum saltem certumque sit nobis non  
; esse querenda: et quod unusquisque vult discere, putans pro-  
; desse si sciat, dicat non obesse si nesciat.  
De doctr. VII., Nemo recte dicit quæ pertinent ad vivendum cum *Iungenda cum*  
Chr. I. 4. n. 33. **D**eo, nisi fiat a Deo docilis: et adjumenta doctrinae tunc *oratione.*  
; profund animæ adhibita per hominem, cum Deus operatur  
; ut profint.

B

„ Quam-

- Cont. Acad.** VIII. „ Quamobrem contra illos fluctus procellasque fortuitae cum virtutibus  
**1. 2. n. 1.** „ cum obnitemur remis qualiumcumque virtutum, tum *bu.*  
 „ in primis divinum auxilium omni devotione atque pietate implorandum est, ut intentio constantissima bonorum studiorum  
 „ teneat cibum suum, a quo eam nullus calus excutiat, quoniam  
 „ nus illam philosophiae tutissimus jucundissimusque portus  
 „ accipiat.
- De ord. 1. 2.** IX. „ Ad discendum necessario dupliciter ducimur, auctoritate atque ratione. Auctoritas autem partim divina est, par-  
**2. 26. 27.** „ tim humana: sed vera firma summa est, quae divina nomina-  
 „ tur: humana vero auctoritas plerumque fallit; in eis tamen  
 „ jure videtur excellere, qui quantum imperitorum sensus ca-  
 „ pit, multa dant indicia doctrinarum suarum, et non vivunt  
 „ aliter, quam vivendum esse praecipiunt.
- De morib.** X. „ Deus igitur restat, quem si sequimur, bene: si assequi-  
**Eccl. Cath. I.** „ mur, non tantum bene, sed etiam beate vivimus.
- 1. n. 10.** XI. „ Nos enim, qui non solum homines, sed etiam insi-  
**ib. n. 11.** „ pientes homines sumus, confiteri debemus versari duntaxat rationem, non veritate certiorem, sed consuetudine securio-  
 „ rem, in rebus humanis.
- ib.** XII. „ At ubi ad divina perventum est, avertit sese, intue-  
 „ ri non potest, palpitat, aestuat, inhiat amore, reverberatur  
 „ luce veritatis, et ad familiaritatem tenebrarum suarum, non  
 „ electione, sed fatigacione convertitur.
- ib.** XIII. „ Ergo refugere in tenebrosa cupientibus per dispensa-  
 „ tionem incessibilis sapientiae, nobis illa opacitas auctoritatis *vas auctori-*  
 „ occurrat; et mirabilibus rerum vocibusque librorum, veluti *tas.*  
 „ signis temperioribus veritatis umbrisque, blandiatur.
- ib. n. 12.** XIV. „ Quare si divina providentia a legibus suis hominem *Non deferenda*  
 „ lapsum, et propter cupiditatem rerum mortalium jure ac me-  
 „ rito mortalem sobolem propagantem non omnino deseruit;  
 „ nos deserere non debemus viam, quam nobis Deus et Patriar-  
 „ charum segregatione, et Legis vinculo, et Prophetarum  
 „ praefagio, et suscepit Hominis sacramento, et Apostolorum  
 „ testimonio, et Martyrum sanguine, et Gentium occupatione  
 „ munivit.
- De Gen. cont.** XV. „ Post peccatum animam terrenis cupiditatibus fodi-  
**Manich. 1. 2.** „ datam facit Deus revirescere per verbum suum: sed de nubibus  
**n. 5.** „ eam irrigat, id est, de scripturis Prophetarum, et Apostolorum.  
 „ Ante peccatum vero irrigabat eam fonte interiore, loquens in  
 „ intellectum ejus, ut non extrinsecus verba exciperet, sed fonte  
 „ suo, hoc est, de intimis suis manante veritate satiaretur.
- In Ps. 90. serm. 2. n. 1.** XVI. „ Ipsae Dei scripturae sunt litterae, quae de illa ci-  
 „ vitate, unde peregrinamur, de patria nostra nobis venerunt; *Quid est?*  
**In Ps. 149. n. 5.** „ et quoddam chirographum Dei; et venerabilis filius spiritus  
 „ Dei. Hinc merito cum possemus Deo credere dicenti, noluit  
**In Ps. 144. n. 17.** „ sibi credi dicenti, sed voluit teneri scripturam suam.
- Conf. 1. 7. n. 27.** XVII. „ Quamvis autem eadem scriptura, cum bonis ter-  
 „ renis inhantes premit servos, testamentum vetus, cum in-  
 „ *Vtrumque te-  
 Gal. n. 58.* *Hamentum.*  
**Expos. ep. ad.** bona aeterna flagrantes erigit liberos, testamentum novum  
 „ *vo-*

- De perf. i<sup>a</sup>**, „ vocatur ille canien haeretica impietate scripturæ veteris testit. n. 15. „ stamenti facit injuriam, qui eam ex Deo bono, summo et  
**Cont. advers.** „ vero fronte sacrilegæ impietatis negat. Nam a Christo et  
**et Proph. I.** „ Apostolis in libris ad novum testamentum pertinentibus con-  
 2. n. 3. „ firmatur legis ac Prophetarum, et commendatur auctoritas.  
**De Catech.** XVIII. „ Neque ob aliud ante adventum Domini scripta  
 stud. n. 6. et 8. „ sunt omnia, quae in sanctis scripturis legimus, nisi ut illius  
 „ commendaretur adventus, et futura praesignaretur ecclesia:  
 „ et quidquid postea mandatum est litteris et divina auctoritate  
 „ firmatum, Christum narrat, et dilectionem monet.  
**In Pa. 56. n.** XIX. „ Propterea autem adhuc Judæi sunt, ut libros nostros  
 9. „ portent ad confusione suam. Quando enim volumus ostendere prophetatum Christum, proferimus Paginis istas litteras.  
 „ Et ne forte dicant duri ad fidem, quia nos illas Christiani com-  
 „ posuimus, ut cum evangelio, quod praedicamus, fixerimus  
 „ Prophetas, per quos praedictum videretur quod praedicamus;  
 „ hinc eos convincimus, quia omnes istæ litteræ, quibus Christus prophetatus est, apud Judæos sunt, omnes ipsas litteras ha-  
 „ bent Judæi. Proferimus codices ab inimicis, ut confunda-  
 „ mus alios inimicos.  
**Cont. Faust.** XX. „ Nullis enim prudentius credimus, vel de praeteritis,  
 I. 13. c. 14. „ quae olim facta sunt, vel de futuris, quae nondum facta sunt,  
 „ quam eis qui nobis fidem verborum suorum tam multis, tam  
 „ que magnis, quae ab eis praedicta jam facta sunt, proba-  
 „ verunt.  
**De conf.** XXI. „ Ideo indubitanter accipi debent, quaecumque per *Veritas et i-*  
**Evang. 1. 3.** „ Scriptores facios Spiritus Sanctus dixit, et singula esse omni-  
 n. 30. „ nium, et omnia singulorum.  
**ib. 1. 2. n. 54.** XXII. „ Cum autem Mediatoris mysterium antiquis per pro-  
 „ phetiam revelabatur, posteris eorum per evangelium praedi-  
 „ dicatur; quidquid ille de suis factis et dictis nos legere voluit,  
 „ hoc scribendum illis tamquam suis manibus imperavit.  
**Ep. 82. n. 5.** XXXIII. „ Itaque si sanctam scripturam in summo ac caelesti  
 3. „ auctoritatis culmine collocaram, de veritate ejus certi ac secu-  
 „ ri legere debemus: solis eis scripturarum libris, qui jam ca-  
 „ nonici appellantur, didicimus hunc timorem honoremque  
 „ deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse  
 „ firmissime credamus.  
**ib.** XXIV. „ Ac si aliquid in eis offendierimus litteris, quod vi-  
 „ deatur conterarium veritati; nihil aliud quam vel mendosum  
 „ esse codicem, vel interpretem non aequetum esse quod di-  
 „ citum est, vel nos minime intellectisse non ambigamus.  
**Cont. Faust.** XXV. „ Dicitur vero est a posteriorum libris excellentia, *Canon.*  
 I. 11. c. 5. „ canonica auctoritatis veteris et novi testamenti, quae Apolo-  
 „ lorum confirmata temporibus, per successiones Episcoporum et  
 „ propagationes Ecclesiæ, tamquam in sede quadam sublimi-  
 „ ter constituta est, cui serviat omnis fidelis et pius intellectus.  
**De Civ. Dei** XXVI. Scripturæ erga, quae canonica nominatur, emi-  
 I. 11. c. 3. „ nentissimæ auctoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas  
 „ ignorare non expedit, nec per nosmetipsos nosse idonei su-  
 „ mus, n. 3

- Seff. 4.** „ mus „ ; facrorum librorum indicem nobis exhibet Synodus  
De doct. Chr. Tridentina , orthodoxorum Patrum , ac praecipue M. Augustini  
1. 2. n. 12. exempla sequuntur .
- Ib. n. 16.** XXVII. „ Latinas quidem linguae homines duabus aliis ad Studium be-  
scripturarum divinarum cognitionem opus habent , hebraeas <sup>braec et graec</sup> , <sup>secundum linguae.</sup>  
„ scilicet et grecas , ut ad exemplaria praecedentia recuratur ;  
„ si quam dubitationem adulterit latinorum interpretum infinita  
„ varietas . Qui enim scripturas ex hebreas lingua in grecam  
„ vertentur , numerari possunt , latini autem interpres nullo  
modo .
- In Ps. 40. n.** XXVIII. „ Modo nobis serviunt Judaei , tamquam capsarii <sup>Auctoritas secundum</sup> , seu  
14. „ nostri sunt , studentibus nobis codices portant : et interpreta-  
De civ. Dei „ tio , quae Septuaginta est , sic recepit Ecclesia , eaque utun-  
1. 18. c. 43. „ tur Graeci populi Christiani , quorum plerique utrum alia sit  
ib. 1. 15. c. 13. „ aliqua ignorant . Sed absit , ut prudens quispiam vel Judaeos  
„ cuiuslibet perversitatibus atque malitia in conscribendum men-  
„ dacione uno consilio confipare potuisse credat in codicibus  
„ tam multis , et tam longe lateque dispersis ; vel Septuaginta  
„ illos memorabiles viros hoc de invidenda gentibus veritate  
„ unum communicasse consilium .
- ib.** XXIX. Quare si , cum diversum aliquod in utrisque codici-  
**Seff. 4.** „ bus inventitur , ei linguae potius credendum , unde est in-  
„ aliam per interpres facta translatio „ : quemadmodum Sy-  
nodus Tridentina solam Vulgatam inter reliquias versiones latinas  
ceu authenticam suscipiendam esse declarat ; ita ex M. Augustino  
confat authenticam quoque esse tum Septuaginta interpretum  
versionem , tum praescientia textum originalem et hebreum ,  
veteris , et grecum novi testamenti .
- De doct. Chr.** XXX. „ Quid in divinis eloquis largius et uberior potius di- <sup>Multiplex</sup>  
1. 3. n. 28. „ vinitus provideri , quam ut eadem verba pluribus intelligan- <sup>Scripturarum S.</sup>  
„ tur modis , quos alia non minus divina contestantia faciant sensus .  
ib. 1. 2. n. 14. XXXI. „ In iis tamen , quae aperte in scripturis positae <sup>Clara quoque</sup> ,  
„ sunt , inveniuntur illa omnia , quae continent fidem , morem- <sup>Clara quoque</sup> fidem et morem .  
„ que vivendi , spem scilicet atque caritatem .
- ib. n. 8. XXXII. „ Sed magnifice et salubriter Spiritus sanctus ita <sup>Cur clara si-</sup>  
„ scripturas sanctas modisificavit , ut locis apertioribus familioc- <sup>mum et obscuriorum</sup>  
„ cureret , obscurioribus autem fallidius detergeret .
- De morib.** XXXIII. „ Quis autem mediocriter sanus non facile intelli- <sup>Non privatisse</sup>  
**Ecc. cath. l.** „ gat , scripturarum expositionem ab iis petendam esse , qui explicita .  
1. n. 1. „ earum doctores se esse profitentur ? Propter hoc ad pastores  
Serm. 46. n. „ quidem pertinet non tacere : ad oves autem , etiam illi ta-  
29. „ ceant , de scripturis sanctis verba pastoris audire .
- Ep. 37. n. 18. XXXIV. Scripturam factam „ , quae omnibus accessibilis , <sup>Omnibus ac-</sup>  
In Ps. 8. n. 8. „ quamvis paucissimis penetrabilis ; inclinavit Deus usque ad cessibilitate .  
„ infantium et lactentium capacitatem propter inimicos , qui  
„ per superbiam loquacitatis inimici crucis Christi , etiam cum  
„ aliqua vera dicunt , parvulis tamen et lactentibus prodesse  
„ non possunt .

„ Scri-

- De Gen. ad.** XXXV. „ Scriptura , quae sic loquitur , ut altitudine super- *Eius intentio*  
 lit. l. 5. n. 6. „ boni irideat , profunditate adentes terreat , veritate magnos *quoad morte*.
- De doct. Chr.** „ pascat , affabiliter parvulos nutrit ; non praecepit nisi cari-  
 lit. 3. n. 15. „ tem , nec culpat nisi cupiditatem , et eo modo informat  
 „ mores hominum .
- Conf. 1. 6. 2.** XXXVI. Quod si , eo scripturarum venerabilior et sacrosan- *Quomodo le-*  
 „ cta fide dignior apparebat M. Augustino auctoritas , quo et *genda?*  
 „ omnibus ad legendum esset in promptu , et secreti sui dignita-  
 „ tem in intellectu profundiore servaret , verbis apertissimis et  
 „ humili genere loquendi te cunctis praebens , et exercens in-  
 „ tentionem eorum , qui non sunt leves corde ; et requiri tam  
 „ item cum ipso Augustino , ut ad legendas intelligendasque eas-  
 „ dem scripturas et quedam animi dispositiones afferantur , et  
 „ quedam regulae observentur , quas praecepit elegere est in opere  
 de doctrina Christiana .
- De bapt. cont.** XXXVII. „ Sunt multa , quae universa tenet Ecclesia , et ob *Traditio spe-*  
**Donat.** l. 5. „ hoc ab Apostolis praecepit bene creduntur , quamquam scri- *Holica* .  
 „ p. 31. „ pta non reperiantur .
- De Pecc. mer.** XXXVIII. „ Ex antiqua igitur et apostolica traditione si co- *merita debet*  
 „ et rem. l. 1. „ clesiae Christi insita tenent multa , quae non inveniuntur in *id est a patri-*  
 „ n. 34. **De bapt.** „ litteris Apostolorum , neque in concilii posteriorum ; jure *bus derivata* .  
**cont. Don. l.** „ laudantur a M. Augustino ii ecclesiastici scriptores , qui quod  
 „ n. 12. „ invenerunt in ecclesia tenuerunt : quod didicernat docuerunt :  
**Cont. Jul. l.** „ quod a patribus acceperunt , hoc filii tradiderunt .  
**Cont. Don.** XXXIX. „ Quod autem B. Cyprianus nos admonet , ut ad *Eius necessitas*  
**de bapt. l. 5.** „ fontem recuramus , id est ad apostolicam traditionem , et in-  
 „ p. 37. „ de canalem in nostra tempora dirigamus , optimum est sine  
 „ dubitatione faciendum .
- Ep. 54. n. 2.** XL. „ Illa autem quae non scripta , sed tradita custodimus , *Quomodo di-*  
 „ quae quidem toto terrarum orbe servantur , datur intelligi vel *gnoscitur?*  
 „ ab ipsis Apostolis , vel plenariis concilii , quorum est in ec-  
 „ clesia saluberrima auctoritas , commendata atque statuta  
 „ retineri .
- De bapt. cont.** XLI. „ Quid universa tenet ecclesia , nec concilii institu- *Eius lydius la-*  
**Don. l. 4. n.** „ tum , sed semper retentum est , non nisi auctoritate apostolica *ps.* .  
 „ 31. „ traditum rectissime creditur .
- Exp. ep. ad Rom. n. 2.** XLII. „ Ecclesia ex vocatione appellata , synagoga vero ex *Ecclesia* .  
 „ congregatione . Convocari enim hominibus magis congruit ,  
 „ congregari autem magis de pecoribus dici solet : unde greges  
 „ proprii pecorum dici solent . Quamvis plerisque scripturarum  
 „ locis ipsa ecclesia gressus Dei , et ovile Dei , et pecus Dei vo-  
 „ cetur ; tamen cum in comparatione homines pecora dicuntur ,  
 „ ad vitam veterem pertinent , et appetit hujusmodi homines  
 „ non esse sempiternae veritatis , sed temporalium promissionum  
 „ tamquam terreno pabulo esse contentos .
- De catech.** XLIII. „ Ecclesia vero populus Dei est , seu populus fidelis *Eius definitio*  
**rud. n. 6.** „ per universum orbem diffusus . Habere autem caput Christum *et notio infor-*  
**De Unit. Eccl.** „ nemo poterit , nisi qui in eius corpore fuerit , quod est eccl- *statis inqui-*  
 „ p. 49. „ sia ; quam sicut ipsum caput in scripturis sanctis canonice de- *renda* .  
 „ bimus agnoscere , non in vanis hominum rumoribus , et opinio-  
 „ nibus , et factis , et dictis , et visis inquirere . *Ec-*

14

**De bapt. con.** XLIV. „ Ecclesia etiam in istius vita peregrinatione anti- *Antiquitas, et  
Don. l. 1. n. 34.* „ qua res est, in aliis hominibus habens animalem portionem, *partes quibus  
in aliis autem spiritalem. Ad animales pertinet vetus testa- confiat,*  
„ mentum, ad spiritales novum. Sed sicut in sacramentis veter-  
„ ris testamenti vivebant quidam spirituales, ad novum scilicet  
„ testamentum quod tunc occultabatur occulta pertinentes; sic  
„ et nunc in sacramento novi testamenti, quod jam revelatum,  
„ est, plerique vivunt animales: qui proficer si nolunt ad per-  
„ cipienda quae sunt spiritus Dei, quo eos hortatur sermo apo-  
stolicus, ad vetus testamentum pertinebunt.

**De Civ. Dei** XLV. „ Haec igitur caelestis civitas dum peregrinatur in *Publicie pa-*  
**4. 19. c. 17.** „ terra, ex omnibus gentibus cives evocat, atque in omnibus *cis conserva-*  
„ linguis peregrinam colligit civitatem, non curas quidquid  
„ in legibus, moribus, institutisque diversum est, quibus pax  
„ terrena conquiritur, vel tenetur, nihil eorum reficiendis, vel  
„ destruens, immo etiam servans ac sequens, si religionem,  
„ qua unus summus ac verus Deus colendus docetur, non  
„ impedit.

**Con. Crescon.** XLVI. „ Quamvis sancti regno Dei praedefinati dividi ab *Militans*  
**l. 2. n. 42.** „ ecclesia nullo modo possint: quaecumque tamen testimonia *triunbante*  
**Ad Don. post** „ divinarum scripturarum Donatistae commemorare potuerunt, *distinguendo.*  
**collat. n. 10.** „ quibus ab omni malorum hominum permixtione pura prac-  
„ puntiabant ecclesia, non qualis nunc est illis testimonii prae-  
„ nuntiabant, sed qualis post istam mortalitatem in vita aeter-  
„ na futura est.

**De unit. Eccl.** XLVII. „ Toton Christus caput et corpus est. Caput Uniger- *Eius unitus*  
**n. 7.** „ nitus Dei Filius, et corpus eius Ecclesia, sponsus et sponsa, *qui quæ se-*  
„ duo in carne una. Quicumque de ipso capite ab scripturis *dunt in ea non*  
„ sanctis dissentiant, etiam in omnibus locis inveniantur, in *fons.*  
„ quibus ecclesia designata est, non sunt in ecclesia. Et rursus  
„ quicumque de ipso capite scripturis sanctis consentiant, et  
„ unitati ecclesiae non communicant, non sunt in ecclesia; quia  
„ de Christi corpore, quod est ecclesia, ab ipsius Christi testi-  
„ ficatione dissentiant.

**De bapt. son.** XLVIII. „ In illa ineffabili praescientia Dei multi, qui foris *Haud temere*  
**Don. l. 6. n. 38.** „ videntur, intus sunt; et multi qui intus videntur, foris sunt. *pronuntiantur*  
„ Saepe etiam noonulla membra ecclesiae praevalentibus haec *dum de iis, qui*  
**De Unit. Eccl.** „ refut et schismatum seditionibus, pressa atque obumbrata *in ea esse aut*  
**n. 73.** „ non esse viden-  
„ sunt.

**Serm. ad Cae-  
farem. Eccl.** XLIX. „ Extra ecclesiam catholicam totum potest haberi *Extra eam non*  
„ praeter salutem. Saepe etiam sinit divina providentia per *et ille salut.*  
„ pleb. n. 6. „ nonnullas nimium turbulentas carnalium hominum seditiones  
„ expelli de congregatione Christiana etiam bonos viros. Quam  
„ contumeliam vel injuriam suam cum patientissime pro Eccle-  
„ siae pace tolerint, neque ulla novitates vel schismatis, vel  
„ haereticis moliti fuerint, docebunt homines, quam vero affe-  
„ ctu, et quanta sinceritate caritatis Deo serviendum sit, usque ad  
„ mortem defendentes, et testimonio juvantes eam fidem, quam  
„ in Ecclesia catholica praedicari sciunt. Hos coronat in occul-  
„ to Pater in occulto videntes.

Quo-

Con.Crescon. L. „ Quoniam sancta scriptura fallere non potest , quisquis *Autoritas ecclie*  
1. 2. n. 39. „ falli metuit obscuritate quaelestis , eamdem ecclesiam de illa *ecclie* fallere  
„ consulat , quam sine ulla ambiguitate sancta scriptura demonstret .

De Utilit. De utilitate cred. n. 21. „ strat . Nam vera religio sine quadam gravi auctoritatis imperio  
Cont.ep. Ma- „ ri iniri recte nullo pacto potest . Si ergo invenires aliquem ,  
nich. n. 6. „ qui evangelio nondum credit , quid faceres dicens tibi , Non  
„ credo ? Ego vero evangelio non crederem , nisi me catholice  
„ cae ecclesias commoveret auctoritas .

ib. n. 5. Ll. Itaque „ in catholica ecclesia , ut omitram sincerissimam *Argumentationem* *dei catholicae*  
„ sapientiam , ad cuius cognitionem pauci spirituales in hac vita *ecclie* .  
„ pervenient ; ceteram quippe turbam non intelligendi vivacitas ,  
„ sed credendi simplicitas utilissimam facit ; multa sunt alia  
„ quea in ejus gremio me iustissime teneantur . Tenet consensio  
„ populorum atque gentium : tenet auctoritas miraculis inchoata  
„ ta , spe nutrita , caritate aucta , veritatem firmata : tenet ab  
„ ipsa fede Petri apostoli , cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit , usque ad praefuentem episcopatum successio sacerdotum : tenet postremo ipsum Catholicac  
„ nomen , quod non sine causa inter tam multas haereses sic ista  
„ Ecclesia obtinuit , ut cum omnes haereticis se catholicos dicier  
„ velint , quaerenti tamen peregrino alicui , ubi ad Catholicam  
„ conveniatur , nullus haereticorum vel basilicam suam vel dormum audeat ostendere .

Ep. 43. n. 7. LII. Hinc M. Augustinus judicium approbans ecclesiarum , *Ecclesia Romana* *eminet*  
et ep. 44. n. 3. praesertim apostolicarum „ Puto tibi , merito scribit Julianum *inter apostolos* .  
Cont. Jul. I. „ alloquens , eam partem orbis sufficere debere , in qua primum  
i. n. 13. „ Apostolorum suorum voluit Dominus glorioissimo martyrio coronare . Cui Ecclesiae praesidentem beatum Innocentium ,  
„ si audire voluissem , jam tunc periculosam juventutem tuam Pelagianis laqueis exuissem . Quid enim potuit ille vir sanctus Africanus respondere conciliis , nisi quod antiquitus Apostoli ca fedes et Romana cum ceteris tenet perseveranter Ecclesia .

Cont. lit. Pe- LIII. Huic igitur nos „ in catholica unitate conneclimur , et *Huius semper adhuc* .  
til. I. 2. n. 18. „ ab hac se nefario furore separant omnes quotquot sunt Petiliiani imitatores , cui dicebat M. Augustinus : „ Verumtamen dum si omnes per totum orbem tales essent , quales vanissime criminariis ; cathedra tibi quid fecit Ecclesiae Romanae , in qua Petrus sedet , et in qua hodie (diceret S. Pater) CLEMENS XIV. sedet ? Quare appellas cathedralm pestilentiae cathedralm Apovolicam ?

LIV. Ceterum quatuor dotes atque notae , quibus catholica Dotes et proprietates vera ecclesia acatholica spuriisque praeminent , tresque ejusdem priores Etiam proprietas in libris praecipue contra Donatistas , quos nonnulli sicut tomus complectitur in editione Antuerpiensi PP. Maurinorum , passim M. Augustinus praedicat , vindicat , ac omni argumentorum genere demonstrat .

Ep. 64. n. 1. LV. „ Pleniorum Conciliorum est in ecclesia saluberrima Concilia plena , et propria , et per De bapt. con. , auctoritas . Quis autem neciat episcoporum litteras quae post confirmatum canonem vel scriptas sunt vel scribuntur , et per sermonem forte sapientiorem cujuslibet in ea re peritioris , et per

„ ei per aliorum episcoporum graviorem auctoritatem doctio-  
 „ remque prudentiam , & per concilia licere reprehendi , si  
 „ quid in eis forte a veritate deviatum est , & ipsa concilia quae  
 „ per singulas regiones vel provincias sunt , pleniorum con-  
 „ ciliorum auctoritati quae sunt ex universo orbe Christiano si-  
 „ ne ullis ambagiis cedere ?

**Ep. 43. n. 19.** LVI. „ Ecce putemus illos episcopos , qui Romae judica- **Lites diri-**  
 „ runt , non bonos judices fuisse : restabat adhuc plenarium ec-  
 „ clesiæ universæ concilium , ubi etiam cum ipsis judicibus  
 „ causa posset agitari , ut si male judicasse convicti essent , eo-  
 „ rum sententiae solverentur .

**De bapt. con.** LVII. „ Nobis tutum est in ea non progredi aliqua temerita- **Confessione**  
**Donat. 7.c. 53.** „ te sententiae , que nullo in catholicō regionali concilio coe- **firmatur veri-**  
 „ pta , nullo plenario concilio terminata sunt : id autem fiducia no-  
 „ securae vocis asserere , quod in gubernatione Domini Dei no-  
 „ stri et Salvatoris Jesu Christi , universalis ecclesiæ consensio-  
 „ ne roboratum est .

**Ep. 53. n. 2.** LVIII. „ Si ordo episcoporum sibi succendentium consideran- **R. Pontificis.**  
 „ dus est , quanto certius et vere salubriter ab ipso Petro nu-  
 „ meramus , cui totius ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait :  
 „ super hanc petram aedificabo ecclesiam meam , et portæ inferorum  
 „ nor vincent eam ?

**Ep. 105.n.16.** LIX. „ Deus in cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis . **Eius primatus**  
**Ep. 43. n. 7.** „ Hinc semper Apostolicæ cathedrae viguit principatus in Ro- **et auctoritas .**  
**Ep. 166.n.16.** „ mana ecclesia ; cuius auctoritas de sanctarum scripturarum  
 „ auctoritate deponitur .

**Ex ep. ad Clasfician.** LX. Difficultate orta cupiebat M. Augustinus „ si opus fue- **Confundens**  
 „ rit ad Sedem Apostolicam scribere , ut quid sequi debeamus , est .  
 „ concordi omnium auctoritate constituantur , atque firmetur .

**Ep. 175. n. 2.** Repte igitur statutis Episcoporum Apostolicæ Sedis adhibetur  
 „ auctoritas pro tuenda salute multorum , et quorumdam per-  
 „ versitate etiam corrigenda .

**Serm. 132. n. 10.** LXI. „ Jam enim , dicebat Pelagianis M. Augustinus , de **Eius rescripta**  
 „ hac causa duo concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam : quanti faci-  
 „ enda ?  
 „ inde etiam rescripta venerunt . Causa finita est : utinam ali-  
 „ quando finiatur error !

**Cont. Jul. 1. 2 n. 34.** LXII. „ Sanctos , et in sancta ecclesia illustres Antistites Dei **Sancti Patres**  
 „ non Platonici et Aristotelici et Zenonicis aliquis hujuscem-  
 „ modi , vel Graecis vel Latinis , quamquam et ipsis aliquos  
 „ eorum , verum omnes sacris litteris eruditos , Deus eos sibi  
 „ utilia vasa formavit , et sancta tempula construxit .

**ib. n. 37.** LXIII. Horum nullus catholicus despectui habeat „ examen **Anteferendi**  
 „ et iudicium , quasi Peripateticorum possit inventire concilium , **philosophis .**  
 „ ubi de subiecto , et his quae sunt in subiecto dialepticam senten-  
 „ tia proferatur . Ilti episcopi sunt , docti , graves , sancti , verita-  
 „ tis acerrimi defensores adversus garrulas novitates in quorum  
 „ ratione , eruditione , libertate , quea tria bona judici tribui-  
 „ tali , non potes invenire quod spernas . Talibus post Apostolos  
 „ sancta Ecclesia plantatoribus , rigatoribus , aedificatoribus ,  
 „ pastoribus , nutritoribus crevit .

„ Hos

- ib. LXIV. „ Hos itaque de aliis atque aliis temporibus atque *Forum consensum*  
 „ regionibus ab Oriente et Occidente congregatos vides, non sio.  
 „ in locum quo navigare cogantur homines, sed in librum qui  
 „ navigare possit ad homines.
- De util. cred.** LXV. Cum igitur constet inter catholicos, hos, excellere *Et auctoritas*.  
**Co. 7.** „ famae celebritate, atque omnium pene occupatione populo-  
 „ rum, pion simul et doctos, vel qui tales esse multis contentien-  
 „ tibus dicuntur, quorum et praecoptis meliores, et doctrina pe-  
 „ ritiores fieri possumus; quid si ita pauci sunt, ut auctoritate  
 „ sua multitudinem teneant, unde se in illa sanctorum scriptu-  
 „ rarum secreta expedire, et quasi eliquare veritas possit?
- ib. LXVI. „ Ac per hoc nefas est in eos libros, qui quoquo mo-  
 „ do se habeant sancti tamem, divinarumque rerum pleni, pro-  
 „ pe totius generis humani confessione dissimulant, sine illis  
 „ ducibus irriue, et sine illis praceptoribus ferre sententiam.
- Ep. 148. n. 15.** LXVII. „ Neque tamen quorumlibet disputationes velut *Nec tamem*  
*comparandi*  
*eum Canonieis*  
*scriptoribus.*  
 „ scripturas canonicas habere debemus; ut nobis non licet,  
 „ falsa honorificenta quae illis debetur hominibus, aliquid in  
 „ eorum scriptis improbare atque respuire, si forte inveneri-  
 „ mus, quod aliter lenserint quam veritas haberet, divino adju-  
 „ torio vel ab aliis intellecta, vel a nobis.
- De doctr. Chrt.** LXVIII. „ Narratione autem historica, cum praeterita etiam *Historia non*  
**l. 2. n. 44.** „ hominum instituta narrantur, non inter humana instituta ipsa *inter humana*  
 „ *instituta.*  
 „ historia numeranda est; quia jam quac transierunt, nec infe-  
 „ sta fieri possunt, in ordine temporum habenda sunt, quorum  
 „ est conditor et administrator Deus.
- ib. n. 45. LXIX. „ Est etiam narratio demonstrationi similis, qua non *Demonstratio*.  
 „ praeterita, sed praesentia indicantur ignaris. In quo genere *ni similis*.  
 „ sunt quaecumque de locorum situ, naturisque animalium, li-  
 „ gnorum, herbarum, lapidum, aliorumve corporum scripta  
 „ sunt: eamque cognitionem valere ad aenigmata scripturarum  
 „ solvenda docuimus.
- ib. n. 43. LXX. „ De utilitate autem historiae, ut omittam Graecos, *Eius utilitas*.  
 „ quantam noster Ambrosius questionem solvit, calumnianti-  
 „ bus Platonis lectoribus et dilectoribus! Nonne memoratus  
 „ Episcopus considerata historia gentium, cum reperisset Pla-  
 „ tonem Jeremie temporibus profectum fuisse in Aegyptum,  
 „ ubi Propheta ille tunc erat, probabilius esse ostendit, quod  
 „ Plato potius nostris litteris per Jeremiam fuerit imbutus, ut  
 „ illa posset docere vel scribere quae fure laudantur? Ante lit-  
 „ teras enim gentis Hebraeorum, in qua unius Dei cultus emi-  
 „ cuit, ex qua secundum carnem venit Dominus noster, nec  
 „ ipse quidem Pythagoras fuit, a cuius posteris Platonem Theo-  
 „ logiam didicisse isti asserunt. Ita consideratis temporibus fit  
 „ multo credibilius, istos potius de litteris nostris habuisse, quae-  
 „ cumque bona et vera dixerunt, quam de Platonis Dominum  
 „ Jesum Christum, quod demensissimum est credere.
- De morib. Eccl. Cath. l. 1.** LXXI. „ Consequetur omnia litterarum summa perversio, *In dubium non*  
**n. 60.** „ *et omnium qui memoriae mandati sunt librorum abolitio, si revocanda.*  
 „ *quod tanta populorum religione roboratum est, tanta homi-*  
*num*

- „ num et temporum consentione firmatum in hanc dubitatio-  
 „ nem adducitur, ut ne historiae quidem vulgaris fidem possit  
 „ gravitatemque obtinere :
- De Civ. Dei l.** LXXII. Sed „ cui melius narranti præterita creditus, *Sacra præflata*  
**18. c. 40.** „ quam qui etiam futura prædictis, quae præfentia jam vi-*prophanæ*.  
 „ dimus ? Nam et ipsa historicorum inter se dissontia copiam  
 „ nobis præbet, ut ei potius credere debeamus, qui divinae  
 „ quam tenemus non repugnat historiae .
- ib.** LXXIII. Poco autem cives impiae Civitatis , diffusi usque- *Propbana*  
 queaque per terras , cum legunt doctissimos homines , quorum *haut omnino*  
 nullius contemnenda videatur auctoritas ; inter se de rebus *ge-certa*.  
 siis ab actatis nostræ memoria remotissimis discrepantes, cui po-  
 tius credere debeant, non inveniuntur .
- ib.** LXXIV. „ Nos vera in nostræ religionis historia , fulti au- *Sacra certissi-*  
 „ toritate divina , quidquid ei resistit , non dubitamus esse fal-sa .  
 „ fissimum , quomodolibet sece habeant cetera in secularibus  
 „ litteris ; quea seu vera seu falsa sint , nihil momenti afferunt ,
- ib. l. 20. c. 6.** „ quo recte beatque vivamus . Nos non habemus necesse  
 „ omnia credere quae continet historia gentium , cum et ipsi  
 „ inter se historici , sicut ait Varro , quasi data opera , et quasi  
 „ ex industria per multa dissentiant ; sed ea , si volumus , cre-  
 „ dimus quea non aduersantur libris , quibus non dubitamus  
 „ oportere nos credere .
- De morib. Eccl. cl. cath. l. 1.** LXXV. „ Naturæ quidem ordo ita se habet , ut cum ali- *Theologia Scho-*  
**n. 3.** „ quid discimus , rationem præcedat auctoritas . Sed quoniam *laistica*.  
 „ cum iis nobis res est , qui omnia contra ordinem et sentiunt ,  
 „ et loquuntur , et gerunt , nihilque aliud maxime dicunt , nisi  
 „ rationem potius esse redendam ; morem illis geram , quod fa-  
 „ teor in disputandum vitiosum esse , suscipiam . Delectat enim  
 „ me imitari quantum valeo mansuetudinem Domini mei Jesu  
 „ Christi , qui etiam ipsius mortis malo , quo nos exuere vellet ,  
 „ induitus est .
- De Trin. l. 14. n. 3.** LXXVI. *Ecclesia quamdam scientiam docet M. Au-* *Verae Schola*  
*gustinus* , „ qua fides saluberrima , quae ad veram beatitudinem *Ficacæ utilitas*  
 „ dicit , gignitur , nutritur , defenditur , robatur : qua-  
 „ scientia non pollent fideles plurimi , quamvis polleant ipsi  
 „ fide plurimum . Aliud est enim scire tantummodo quid homo  
 „ credere debeat propter adipiscendam vitam beatam , qua-  
 „ non nisi aeterna est : aliud autem scire quemadmodum hoc  
 „ ipsum et piis opituletur , et contra impios defendatur .
- Ep. 82. n. 3.** LXXVII. Scholasticos præfertim ita legendos esse ducimus , *Ejus scriptores*  
 „ ut quantalibet sanctitate doctrinaque præpolleant , non ideo *quomodo legen-*  
 „ *dit* verum putemus , quia ipsi ita senserunt ; sed quia nobis vel  
 „ per auctores canonicos vel probabili ratione , quod a vero non  
 „ abhorreat , perjuadere potuerunt .
- Ep. 118. n. 12.** LXXVIII. „ Cognitio veritatis omnia falsa , si modo profe- *Philosophos ve-*  
 „ rantur etiam que prius inaudita erant , et dijudicare , et ritas *Christianæ*  
 „ subverttere idonea est . Sed ut non solum aperta feriantur , sed *non formi-*  
 „ *dat* , etiam abscondita eruantur , si alienos opus est cognoscere er-  
 „ rores , vide , utrum aliquis adversum nos de Anaximene et  
 „ de

„ de Anaxagora proferat aliquid : quando jam ne ipsorum qui-  
„ dem multo recentiorum , multumque loquacium Stoicorum ,  
„ aut Epicureorum cineres caleant , unde aliqua contra fidem  
„ Christianam scintilla excitetur .

In Ps. 140. n.

19.

LXXXIX. „ Propterea si inventus fuerit aliquis eorum hoc di- *Veritas vero  
omnes philosop-*  
„ xisse , quod dixit et Christus ; gratulamur illi , non sequimur  
„ illum . Sed prior fuit ille quam Christus . Si quis vera loqui-  
„ tur , prior est quam ipsa veritas ? O homo attende Christum ,  
„ non quando ad te venerit , sed quando te fecerit .

Debiv. Dei 1.

§. c. 10.

LXXX. „ Quamvis autem homo Christianus caveat eos phi- *Non omnes phi-*  
„ losophos , qui secundum elementa hujus mundi philosophan-*losophi evitan-*  
„ tur , non secundum Deum , a quo ipse factus est mundus ;  
„ ignorare tamen non debet divinas scripturas , quas vehemen-*dt.*

De Ord. 1. 1.

n. 32.

„ tur amplectitur , non omnino philosophos , sed philosophos  
„ hujus mundi evitando atque irridendo esse praeccipere .

Cont. Jul. 1.

4. n. 78.

LXXXI. „ Videntur autem non frustra Christianae fidei pro- *Quinam veri-*  
„ pinquasse , qui vitam istam fallacie miseriaeque plenissimam  
„ non opinati sunt nisi divino iudicio contigisse , tribuentes uti-*tati propin-*  
„ que justitiam Conditoris , a quo factus est , et administratur  
„ hic mundus .

De doctrinae

Chr. I. 2. n.

LXXXII. Ergo „ philosophi qui vocantur , si qua forte ve- *Ufis philoso-*  
„ ra , et fidei nostrae accommodata dixerunt , maxime Platoni , piae .

60.

„ ci , non solum formidanda non sunt , sed ab eis etiam tamquam  
„ injustis possessoribus in usum nostrum vindicanda .

ib.

LXXXIII. „ Doctrinæ omnes gentilium non solum simulata , *Ceterarumque*  
„ et superstitionis fragmenta graveisque sarcinas supervacanci la-*doctrinarum.*  
„ boris habent , quæ uniusquisque nostrum duce Christo de fo-  
„ ciestate gentilium exiens , debet abominari atque devitare ;  
„ sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores , et quae-  
„ dam morum praecepta utilissima continent deque ipso uno  
„ Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos , quod eorum  
„ tamquam aurum et argentum , quod non ipsi inlitterant , sed  
„ de quibusdam quasi metallis divinae providentiae , quae ubi-  
„ que infusa est , eruerunt , et quo perverse atque injuriose ad  
„ obsequia daemonum abutuntur , cum ab eorum misera societa-  
„ te se se animo separat , debet ab eis auferre Christianus ad  
„ usum iustum praedicandi evangelii .

De ord. 1. 2.

n. 30.

LXXXIV. „ Ratio est mentis motio , ea quae discuntur di- *Ratio humana*  
„ stingendi et connectendi potens : qua duce uti ad Deum in-  
„ telligendum , vel ipsam quae aut in nobis , aut usquequaque  
„ est animam , rarissimum omnino genus hominum potest : non  
„ ob aliud , nisi quia in istorum sentium negotia progressio , re-  
„ dire in semetipsum cuique difficile est .

De civ. Dei 1.

I. c. 2.

LXXXV. „ Sana vero etiam exemplis anteponenda est , cui *Sana velenem*  
„ quidem et exempla concordant , sed illa quae tanto digniora *plus praefit.*  
„ sunt imitatione , quanto excellentiora pietate .

Ep. 120. n. 6.

LXXXVI. „ Quapropter quamvis simul non ideo debes om- *Nec adversa-*  
„ nem vitare sermonem , quia est et sermo falsus ; ita non de-*tur t. scriptiu-*  
„ bes omensem vitare rationem , quia est et falsa ratio : tamen si *ræ.*

Ep. 143. n. 7.

„ ratio contra divinarum scripturarum auctoritatem redditur ,

„ quamlibet acuta sit , fallit verisimilitudine ; nam vera esse  
 „ non potest . Rursum si manifestissimae certaeque rationi velut  
 „ scripturarum sanctorum objicit auctoritas ; non intelligi qui  
 „ hoc facit , et non scripturarum illarum sensum , ad quem pe-  
 „ netrare non potuit , sed suum potius objicit veritati : nec quod  
 „ in eis , sed quod in se ipso velut pro eis inventis , opponit .

**Dedoctr.Chr.** LXXXVII. „ Omnes certatim pro excellentia Dei dicuntur ; *De Deo* .

1. 1. n. 7. „ nec quisquam inveniri potest , qui hoc Deum credit esse , quo  
 „ melius aliquid est . Itaque hoc omnes Deum consentiunt esse ,  
 „ quod ceteris rebus omnibus anteponunt .

**InPs. 13. n. 1.** LXXXVIII. „ Nec ipsi enim sacrilegi et detestandi quidam *Eius nullitas*  
 „ philosophi , qui perversa et falsa de Deo sentiunt , ausi sunt  
 „ dicere , Non est Deus . Ideo ergo , dixit in cordi suo : quia  
 „ hoc nemo audet dicere , etiam si ausus fuerit cogitare .

**De Trin. 1.** LXXXIX. „ Aliud est vim quamque non nosse , aliud non *Deus nequit*  
 „ cognitare : fierique potest , ut noverit homo aliquid quod non  
 „ cognitat , quando aliunde non inde cogitat . Hinc admonetur  
 „ esse nobis in abdito mentis quardam rerum quasdam noti-  
 „ tias , et hinc quodam modo procedere in medium , atque in  
 „ conspectu mentis velut apertius constitui , quando cogitantur .

**Tract. in Io.** XC. „ Quod Deus dicitur universae creaturae etiam omni-  
 „ bus gentibus antequam in Christum crederent , non omni mo-  
 „ do esse potuit hoc nomen ignotum . Haec est enim vis verae  
 „ divinitatis , ut creature rationi jam ratione utenti non  
 „ omnino ac penitus possit abscondi . Exceptis enim paucis , in  
 „ quibus natura nimium depravata est , universum genus huma-  
 „ num Deum mundi hujus fatetur auctorem .

**XCI.** M. Augustinus sexcentis in locis Dei unitatem invicti-  
 „ sime demonstrans , ac praesertim contra Polytheos in libris *De*  
*Civitate Dei* , contra Manichaeos vero in iis omnibus tractationi-  
 „ bus , in quibus adversus eos calamum strinxit , ita praeclare ita-

**Dedoctr.Chr.** truit de ineffabili Dei essentia : „ Diximus ne aliquid et sonuimus  
 „ aliquid dignum Deo ? Immo vero nihil me aliud quam dicere  
 „ voluisse sentio : si autem dixi , non hoc est quod dicere volui .  
 „ Hoc unde scio , nisi quia Deus ineffabilis est , quod autem a  
 „ me dictum est , si ineffabile esset , dictum non esset ? Ac per  
 „ hoc ne ineffabilis quidem dicendus est Deus , quia et hoc cum  
 „ dicitur , aliquid dicitur . Et fit nescio quae pugna verborum ,  
 „ quoniam si illud est ineffabile , quod dici non potest , non est  
 „ ineffabile quod vel ineffabile dici potest . Quae pugna verbo-  
 „ rum silentio cavenda potius quam voce pacanda est . Et ta-  
 „ men Deus , cum de illo nihil digne dici potest , admisit huma-  
 „ nae vocis obsequium , et verbis nostris in laude sua gaudere .  
 „ nos voluit . Nam inde est et quod dicitur Deus . Non enim re  
 „ vera in strepitu illarum diuarum syllabarum ipse cognoscitur :  
 „ sed tamen omnes latinae linguae scios , cum aures eorum  
 „ sonus iste tetigerit , movet ad cogitandam excellentissimam  
 „ quamdam immortalemque naturam .

**Serm. 53. n. 12.** XCII. „ Coge cor tuum cogitare divina , compelle , urge . *Deus Spiritus*  
 „ Quidquid simile corporis cogitanti occurrit , abiice . Non- *et*.  
 „ dum

„ dum potes dicere , Hoc est : faltem dic , Non est hoc . Quan-  
do enim dices , Hoc est Dens ? nec cum videbis : quia ineffa-  
bile est quod videbis .

**De Tris. l.** XCIII. „ Proinde si dicamus aeternus , immortalis , incorrupti- *Dei simplici-*  
**35. n. 8.** „ bilis , immutabilis , vivus , sapiens , potens , speciosus , justus , *tas.*

„ bonus , beatus , spiritus , horum omnium novissimum quod posui  
„ quasi tantummodo videtur significare substantiam , cetera vero  
„ hujus substantiae qualitates : sed non ita est in illa ineffabili sim-  
„ plicique natura . Quidquid enim secundum qualitates illic  
„ dici videtur , secundum substantiam vel essentiam est intelli-  
„ gendum . Absit enim ut spiritus secundum substantiam dicatur  
„ Deus , et bonus secundum qualitatem : sed utrumque secun-  
„ dum substantiam .

**De Civ. Dei** XCIV. „ Ceterum dictus est in scripturis sanctis Spiritus *Multiplicitas.*  
**l. 11. c. 11. n.** „ sapientia multiplex , eo quod multa in se habeat : sed quae  
3. „ habet , haec et est , et ea omnia unus est . Neque enim mul-  
„ tae , sed una sapientia est , in qua sunt immensi quidam atque  
„ infiniti thesauri rerum intelligibilium , in quibus sunt omnes  
„ invisibilis atque incommutabiles rationes rerum , etiam visi-  
„ bilium , et mutabilem , quae per ipsam factae sunt .

**De natur.** XCV. „ Magnifice igitur et divine Deus noster famulo suo *Immutabili-*  
**bon. adv. Ma-** „ dixit , *Ego sum qui sum* . Vere enim ipse est , quia incommu-  
**nich. c. 19.** „ tabilis est . Omnis enim mutatio facit non esse quod erat : ve-  
„ re ergo ille est , qui incommutabilis est : cetera quae ab illo  
„ facta sunt , ab illo pro suo modo esse acceperunt . Ei ergo qui  
„ summe est , non potest esse contrarium nisi quod non est .

**De Civ. Dei** XCVI. „ Ira Dei non perturbatio animi ejus est , sed judici- *Deus non per-*  
**l. 15. c. 25.** „ cium quo irrogatur poena peccato . Cogitatio vero ejus , et *turbatur.*  
„ recognitatio mutandarum rerum est immutabilis ratio . Neque  
„ enim sicut homines , ita Deum facti sui poenitet , cuius est de  
„ omnibus omnino rebus tam fixa sententia , quam certa pre-  
„ scientia . Sed si non utatur scriptura : talibus verbis , non se quo-  
„ dam modo familiarius insinuabit omni generi hominum , qui-  
„ bus vult esse consultum , ut et perterreat superbientes , et  
„ excite negligentes , et exerceat querentes , et alat intelli-  
„ gentes : quod non faceret , si non se prius inclinaret , et quo-  
„ dam modo descendere ad jacentes .

**De vera Re-** XCVII. „ Quid si aeternitas nisi intelligendo conspicio . *Aeternitas.*  
**lig. n. 97.** „ Mentis quippe aspectu omnem mutabilitatem ab aeternitate  
„ sejungo , et in ipsa aeternitate nulla spatia temporis cerno .  
„ Aeternitas autem tantummodo est , non fuit quasi jam non est ,  
„ nec erit quasi adhuc non sit . Quare sola ipsa verissime dice-  
„ re potuit humanae menti : *Ego sum qui sum* .

**Cont. Adi-** XCVIII. „ Interrogo utrum invisibilia possint conspicari . Si *Invisibilitas.*  
**mant. Man. c.** „ dicunt posse , quid ergo calumniantur , si Deum invisibilem  
28. „ Prophetæ conspexit ? Si autem dicunt non posse , ipsi Apolo-  
„ lo potius calumniantur , si audent , qui ait , *Invisibilia enim*  
„ *Dei a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellecta con-*  
„ *spicuntur* . Ipse enim dixi *invisibilia* , et ipse rursus dicitur ,  
„ *conspicuntur* . Nonne hic coguntur fateri oculis corporeis esse  
„ *invi-*

„ invisibilis , menti vero esse visibilia ? Sic igitur et Propheta  
„ Deum , qui corporaliter invisibilis est , non corporaliter sed  
„ spiritualiter vidit .

**De Gen. ad** XCIX. Explicans M. Augustinus , quomodo primus Parenz , *Est invisibilis*  
**ditt. l. 8. et** Patriarchae et Prophetae Moyses , et Paulus Deum viderit , *Dens oculis*  
**12. de Trin.** aquie in ep. 147. ad *Paulinum* , et 148. ad *Fortunatum* , et *corporeis , visibilis tamen ju-*  
**1.2. Serm. 6. et** 162. ad *Evidium* Deum oculis corporeis videri non posse docens ;  
**23. et ep. 147.** optime vindicatur ab imputatione regni millenarii , cum praeci-  
Conf. l. 9. n. pue scribat de Nebridio Deum alioqnen : „ Quem non nulio  
4. „ post conversionem nostram et regenerationem . per baptismum  
„ tuum , ipsum etiam fidem catholicum caritate perfecta at-  
„ que continentia tibi servientem in Africa apud suos cum tota  
„ domus ejus per eum Christiana facta esset , carne solvitti , et  
„ nunc ille vivit in sinu Abraham : ibi vivit , unde me multa in-  
„ terrogabat homuncionem inexpertum . Jam non ponit aurem  
„ ad os meum , sed spiritale os ad fontem tuum , et babit quan-  
„ tum potest sapientiam pro aviditate sua sine fine felix . Quid,  
quod ipse M. Augustinus loquens de Christi anima , qui in sinu  
Abrahae etiam ante jam erat beatificante sapientia , et apud  
E.P. 164. n. 8. inferos judicante potentia , ita scribit : „ Unde illis justis qui in  
„ sinu Abrahae erant , cum ille in inferno descendenteret , nondum  
„ quid contulisset inveni , a quibus eum secundum beatifican-  
„ presentiam sue divinitatis numquam video recessisse .

Serm. 117. n. C. „ Ecce de corporibus dicimus subiacentibus oculis nostris , *Incomprehen-  
sibilitas .*  
5. „ non illa possunt comprehendere adspiciunt : quis ergo oculis  
„ cordis comprehendit Deum ? sufficit ut adtingat , si purus est  
„ oculus . Si autem adtingit , tactu quodam adtingit incorporeo  
„ et spiritali , non tamen comprehendi ; et hoc , si purus est .

In Ps. 144. n. CI. „ Noli te putare eum , cuius magnitudinis finis non est , *Magnitudo .*  
Tract. 11. in „ sufficienter posse laudare . Illius magnitudo sine fine est , et tua  
Io. n. 5. „ laudatio sine fine sit . Si fueris sine Deo , minor eris ; si fueris  
„ cum Deo , major Deus nou erit . Non ex te ille major , sed tu  
„ sine illo minor .

E.P. 137. n. 4. CII. „ Non sic Deus dicitur implere mundum , velut aer ,  
„ velut ipsa lux ; ut minori sui parte minorem mundi impletat par-  
„ tem , et majore majorem . Novit ubique totus esse , et nullo  
„ contineri loco : novit venire non recedendo ubi erat : novit  
„ abire non deferendo quo venerat .

E.P. 153. n. 12. CIII. „ Nullius participatione bonus est , quoniam bonum ,  
In Ps. 134. n. „ quo bonus est , ipse sibi est . Bonus est igitur , non ut sunt bo-  
3. „ na quae fecit . Omnia enim bona ipse fecit : ipse est bonus ,  
„ quem nemo fecit . Ille bono sibi bonus est , non aliunde parti-  
„ cipato bono : ille se ipso bono bonus est , non adhaerendo al-  
„ teri bono . Mihi autem adherere Deo bonum est , qui non  
„ egredit a quo fieret bonus ; sed eguerunt illa cetera ut fierent  
„ bona .

Xanthis. n. 24. CIV. „ Nec dubitandum est Deum facere bene etiam finendo  
„ fieri quaecumque sunt mala . Non enim hoc nisi justo iudicio  
„ finit : et profecto bonum est omne quod justum est . Quamvis  
„ ea quae mala sunt , in quantum mala sunt , non sunt bona : ta-  
„ men

*Quam non tol-  
lunt mala .*

„ men ut non solum bona , sed etiam sunt et mala , bonum est .  
 „ Nam nisi esset hec bonum , ut essent et mala , nullo modo esse  
 „ sinerentur ab omnipotente bono : cui procul dubio quam faci-  
 „ le est , quod non vult esse non sinere . Hoc nisi credamus , pe-  
 „ ricitatur ipsum nostrae confessionis initium , qua nos in Deum  
 „ Patrem omnipotentem credere consitemur . Neque enim ob  
 „ aliud veraciter vocatur omnipotens , nisi quoniam quidquid  
 „ vult potest , nec voluntate cujuspiam creature voluntatis  
 „ omnipotentis impeditur effectus .

**De continent.**

n. 15.

CV. „ Tanta quippe est omnipotens ejus bonitas , ut etiam *Malum cur*  
 „ de malis possit facere bona , sive ignoscendo , sive sanando , *permittitur?*

„ sive ad utilitates piorum coaptando atque vertendo , sive ,

**Enchir. n. 8.**

etiam iustissime vendicando . Quare melius judicavit de malis

„ bene facere , quam mala nulla esse permettere .

**Cont. Iuli. 1.**

ib. n. 37.

CVI. „ Quaerunt itaque a nobis , unde sit malum ? Respon- *Malum unde*  
 „ demus ex bono , sed non summo et incommutabili bono . Ex *origine?*  
 „ bonis igitur inferioribus atque mutabilibus orta sunt mala :  
 „ quae mala licet intelligamus non esse naturas , sed vitia natu-  
 „ rarum ; tamen simul intelligimus ea nisi ex aliquibus , et in-  
 „ aliquibus naturis esse non posse , nec aliquid esse malum nisi a  
 „ bonitate defectum . Nec malam voluntatem natura habere ,  
 „ posset , nisi mutabilis esset ; mutabilis porro natura non esset ,  
 „ si de nihilo facta non fuisset .

**De Civ. Dei**

I. 12. c. 1.

CVII. „ Quomobrem si cum quaeritur , quare illi beati sunt , *Bonum cuius-*  
 „ recte respondetur , quia adhaerent Deo : et cum quaeritur , *mar quale?*  
 „ cur isti sint miseri , recte respondetur , quia non adhaerent  
 „ Deo : non est creature rationalis vel intellectualis bonum ,  
 „ quo beata sit , nisi Deus .

**Serm. 40. n.**

2.

CVIII. „ Dico ego , Deus est qui facit , et tu dicis , Fieri . *Omnipotentia.*  
 „ non potest ? Non dico , da mihi Christianum , da mihi Ju-  
 „ daeum : sed , da mihi paganum , idolorum cultorem , dae-  
 „ monum servum , qui non dicat Deum esse omnipotentem .  
 „ Negare Christum potest , negare omnipotentem Deum non  
 „ potest .

ib. n. 4.

CIX. „ Nec ideo credant iniqui Deum non esse omnipoten- *Quam iniqui-*  
 „ tem , qui multa contra ejus faciunt voluntatem . Quia et *non frustran-*  
 „ cum faciunt quod non vult , hoc de eis facit quod ipse vult . *tur.*  
 „ Nullo modo igitur omnipotentis vel mutant , vel superant vo-  
 „ luntatem : sive homo iuste dannetur , sive misericorditer li-  
 „ beretur , voluntas omnipotentis impletur . Quod ergo non  
 „ vult omnipotens , hoc solum non potest .

**De spir. et**

lit. n. 1.

CX. „ Sexcenta possunt occurrere , quae fieri vel potuisse , *Possunt fieri*  
 „ vel posse fateamur , et eorum tamen exempla quod facta sunt *quaenonfunt.*  
 „ proferre nequeamus . Unde non ideo negare debemus , fieri  
 „ posse ut homo sine peccato sit , quia nullus est hominum ,  
 „ praeter illum , qui non tantum homo sed etiam natura Deus  
 „ est , in quo id esse perfectum demonstrare possumus . Fieret  
 „ enim si tanta voluntas adhiberetur , quanta sufficit tantae rei .  
 „ Esset autem tanta , si et nihil eorum quae pertineant ad iusti-  
 „ tiam lateret , et ea sic delectarent animum , ut quidquid aliud  
 „ volup-

ib. n. 63.

„ voluptatis doloris impedit, delectatio illa superaret: quod  
„ ut non sit, non ad impossibilitatem, sed ad judicium Dei  
„ pertinet.

Serm. 124. n. CXI. „ Deus omnipotens non potest mori, non potest mutari, non potest falli, non potest miser fieri, non potest vinci. *Quae nequeant fieri a Deo?*

4 „ Haec atque huiusmodi ab sit, ut possit omnipotens. Ac per hoc non solum ostendit veritas omnipotentem esse, quod ista non possit; sed etiam cogit veritas omnipotentem non esse, qui haec possit.

Serm. 48. n. CXII. „ Deum demus aliquid posse, quod nos fateamur inventigare non posse. „ Intra erge in sanctuarium Dei anima fidelis, et si nescis qua ratione fiat, crede non injuste fieri, quod finit aut facit Deus. Humana ratione duebaris, divina autoritate revocare, et crede aliquid ibi esse quod te lateat.

Enchir. n. 25. CXIII. „ Quis porro tam ipse despiciat, ut dicat Deum maius hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi tias subiaceat. „ voluerit, in bonum non posse convertere? Sed cum facit, per misericordiam facit; cum autem non facit, per judicium non facit.

De Trin. I. 5. CXIV. „ Ecce Dominum esse non sempiternum habet, ne cogamur etiam sempiternam creaturam dicere, quia ille semper non dominaretur, nisi etiam ista sempiternae famulae retrur. Sicut autem non potest esse servus, qui non habet dominum, sic nec Dominus qui non habet servus. Certe vel ut Dominus hominis esset, ex tempore accidit Deo: et ut omnis auferri videatur controvetsia, certe ut tuus Dominus esset, aut meus, qui modo esse coepimus, ex tempore accidit Deo.

De div. Eq. CXV. „ Cum dempsero de humana scientia mutabilitatem, et transitus quosdam a cogitatione in cogitationem, et reliquero solam vivacitatem certae atque inconcussae veritatis una atque aeterna contemplatione cuncta lustrantis: immo non reliquero, non enim habet hoc humana scientia, sed pro viribus cogitavero; insinuatur mihi utcumque scientia Dei.

Iu. Ps. 146. n. CXVI. „ Ille ipse qui numerat multitudinem stellarum, numerari non potest. Excedit omnes numerarios intelligentia illi est. ejus, numerari a nobis non potest.

Trad. 99. in CXVII. „ Mutabilis est mens nostra, quae percipit discendo. Eadem ac ejus quod nesciebat, et amittit dediscendo quod sciebat; et veri si efficiuntur miltudine fallitur, ut pro vero approbet falsum, et obscuritate sua quasi quibusdam tenebris impeditur, ne per veniat ad verum. Et ideo non est ista substantia verissime simplex, quia non hoc est esse quod nosse potest enim esse, nec nosse. At illa divina non potest, quia id quod habet est. Ac per hoc non sic habet scientiam, ut aliud illi sit scientia quia scit, aliud essentia quia illi sit scientia quia scit, aliud

de div. Qq. CXVIII. „ Quanquam et in ipsis hominibus solet discerni a sapientia scientia, ut etiam Apolitus dicit: in Deo autem nimis non sunt haec duo, sed unum. Nec utrumque dicendum est, quod simpliciter unum est.

ad Simpl. I. „ Nec distinguitur ab ejus scientia.

2. q. 2. n. 3. „

Hinc

**CXIX.** Hinc et si pro nostro concipiendi modulo distinguimus scientiam visionis, et simplicis intelligentiae; nulla tamen ratione scientiam medium Molinistarum nos admittere sinunt haec dia Deo indi-

Explodata  
Scientia Mo-  
tione

**De pred. SS.** inter alia M. Augustini verba: „Quis enim audeat negare *enam*.  
**n. 26.**

„Christianus, jultum, si praoccupatus fuerit, in refrigerio  
„futurum? Quilibet hoc dixerit, quis homo sanæ fidei refi-  
„stendum putabit? Dictum est enim secundum pericula vitae  
„hujus, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præsevit  
„quod futurum erat, non quod futurum non erat: id est, quod  
„ei morte immaturam fuerat largitus, et tentationum sub-  
„traeretur incerto; non quod peccaturus esset, qui mansurus in  
tentatione non esset.

**De civ. Dei** **CXX.** Non quod ullo modo Dei scientia varietur, ut aliud  
**I. II. c. 21.** in ea faciant quae nondum sunt, aliud quae jam sunt, aliud

*Dei enim  
Scientia est  
invariabilis.*

„quae fuerunt. Non enim more nostro ille vel quod futurum est  
„prospicit, vel quod præfens est adspicit, vel quod paeteritum,  
„est respicit: sed alio modo quadam a nostrarum cogitationum  
„confuetudine longe alteque diverso. Ille quippe non ex hoc  
„in illud cogitatione mutata, sed omnino incommutabiliter vi-  
„det; ita ut illa quidem quae temporaliter sunt, et futura non,  
„dum sunt, et præsentia jam sunt, et praeterita jam non sunt;  
„ipse vero haec omnia stabili ac sempiterna præsentia com-  
„prehendat: nec aliter oculis, aliter mente: non enim ex ani-  
„mo conflat et corpore: nec aliter nunc, aliter antea, aliter  
„postea: quoniam non sicut nostra, ita ejus quoque scientia  
„trium temporum præfensis videlicet, et praeteriti, et futuri  
„variate mutatur.

**Di Trin. I.** **CXXI.** Quis ergo hominum potest istam sapientiam, qua

*Nihil Deo  
praeteritum,  
aut futurum.*

„novit Deus omnia, ita ut nec ea quae dicuntur praeterita,  
„ibi praeterant, nec ea quae dicuntur futura, quasi desint,  
„expectentur ut veniant, sed et praeterita et futura cum præ-  
„sentibus sunt cuncta præsentia; nec singula cogitentur, et ab  
„aliis ad alia cogitando transeat, sed uno conspectu simul  
„præsto sunt universa: quis, inquam, hominum comprehen-  
„dit istam sapientiam, eamdemque prudentiam, eamdemque  
„scientiam, quando quidem a nobis nec nostra comprehen-  
„ditur?

**ib. n. 22.** **CXXII.** Universas autem creaturas suas, et spiritales et

*Creaturae  
ideo sunt quia  
novit Deus  
eas.*

„corporales, non quia sunt ideo novit, sed ideo sunt quia no-  
„vit. Non enim nescivit quae fuerat creaturus. Quia ergo

**De Civ. Dei** **I. II. c. 10.** **creata**, quam creanda. Ex quo occurrit animo quiddam

*Novit Deus  
eas.*

„mirum, sed tamen verum, quod iste mundus nobis notus esse  
„non posset, nisi esset; Deo autem nisi notus esset, esse

„non posset.

**CXXXIII.** Pluribus in locis M. Augustinus, sed præsertim de diversi. Qq. 83. q. 46. probat omnia a Deo nosci in suis aeternis immutabilibusque ideis: ac præclarissime explicat Tract. 1. in Jo. n. 16 et 17. alibique, quomodo erant omnia in sapien-

*Nisi in Dei sa-  
cientia, ante-  
quam ferrent  
non erant; ea-  
rumque cogni-  
tio in se deco-  
inde latrator.*

**De Gen. ad lit. I. 5. n. 36.** in Jo. n. 16 et 17. alibique, quomodo erant omnia in sapien-

D

- „ indi antequam fierent, et erant et non erant: erant in Dei scientia, non erant in sua natura. Hinc cognitio creatureae
- De Civ. Dei** „ in se ipsa decoratori est, ut ita dicam, quam cum in Dei c. 11. c. 7. ib. „ sapientia cognoscitur ab angelis, ubi habent cassam rationesque suas, idest, secundum quas facta sunt, incommutabilitate permanentes, aliter in se ipsis; illuc clariore, hic obfus-
- Ad Orosium** „ riore cognitione, velut artis atque operum. Unde illud quod contr. Priscil. „ aiunt, in eis sapientia jam fuisse facta omnia, antequam in et Orig. n. 9. „ istas formas et modos proprios proferrentur, atque in suis ordinibus apparerent, non sobrie dicitur. Facta enim quando essent, antequam facta essent? Sed in Dei sapientia omnium faciendarum rerum rationes esse potuerunt, non tamen factae.
- De div. Qq.** „ CXXIV. „ Cum vero aliis liquidore consideratione ista per-  
ad Simpl. l. „ tractans, quae sicut quemadmodum vel ipsa praescientia Deo 2. q. 2. n. 2. „ congruat, et invenerit hujus etiam verbi notionem illius ineffabilis divinitate longe lateque superari, non miratur praescientiam ut vel poenitentiam de illo propter homines dici potuisti, se, de quo utrumque propter ipsum incongrue dicetur.
- „ CXXV. „ Quid est enim praescientia, nisi scientia futu-  
ib. „ rum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia supergredi-  
„ tur tempora?
- „ CXXVI. „ Multo sunt autem tolerabiliores, qui vel sidere-  
**De Civ. Dei** „ fata constituant, quam Cicero qui tollit praescientiam futu-  
1. 5. c. 9. n. 1. „ rorum. Nam et confiteri esse Deum, et negare praescientiam futurorum apertissima insania est.
- „ CXXVII. „ Cicero itaque in has angustias coartat animum *Es facit homi-*  
ib. n. 2. „ religiosum, ut unum eligat e duobus, aut esse aliquid in no-*n sacrificios.*  
„ stra voluntate, aut esse praescientiam futurorum: ipse ex his  
„ duobus elegit liberum voluntatis arbitrium: quod ut confirmata,  
„ retur, negavit praescientiam futurorum; atque ita dum vult  
„ facere liberos, facit sacrificios.
- „ CXXVIII. „ Religiosus autem animus utrumque eligit, *Catholicus*  
ib. n. 3. „ utrumque confitetur, et fide pietatis utrumque confirmat. *admitit li-*  
„ Omnia vero fato fieri non dicimus, immo nulla fieri fato di-*bertyatem et*  
„ cimus. Ipsae quippe nostrae voluntates in caussarum ordine *praescientiam*  
„ sunt, qui certus est Deo, ejusque praescientia continetur: *fine fato.*  
„ quoniam et humanae voluntates humanorum operum caussae  
„ sunt. Atque ita qui omnes rerum caussas praescivit, profecto  
„ in eis caussis etiam nostras voluntates ignorare non potuit,  
„ quas nostrorum operum caussas esse praescivit.
- „ CXXIX. „ Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate, *Praescientia*  
ib. c. 10. n. 2. „ quia Deus praescivit quid futurum esset in nostra voluntate. *non est caussa*  
„ Non enim qui hoc praescivit, nihil praescivit. Porro si ille *corum que*  
„ qui praescivit quid futurum esset in nostra voluntate, non uti-*sunt in volun-*  
„ que nihil, sed aliquid praescivit; profecto et illo praesciente  
„ est aliquid in nostra voluntate. Quocirca nullo modo cogi-*tate.*  
„ mur, aut retenta praescientia Dei tollere voluntatis arbitrium,  
„ aut retento voluntatis arbitrio Deum (quod nefas est) negare  
„ praescium futurorum: sed utrumque amplectimur, utrumque  
„ fideliter et veraciter confitemur; illud, ut bene credamus,  
„ hoc, ut bene vivamus. „ Qui-

- Tract in Io.** CXXX. „ Quidam ergo inter se missant dicens, Quid Dei praescientia fecerunt Iudaei, si necesse erat, ut sermo Isajae prophetae tua non cogit impleretur? Quibus respondemus, Dominum praeescium futuron per Prophetam praedixisse tamen, non fecisse. Non enim propterea quemquam Deus ad peccandum cogit, quia futura hominum jam novit.
- ib. n. 6.** CXXXI. „ Malam quippe eorum voluntatem praevidit *Nec operatur malam voluntatem.* Deus, et per Prophetam praenuntiavit ille, cui abscondi futura non possunt. Sed aliam causam, inquis, dicit Propheta? Quia dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant, et excaecavit oculos eorum, et induravit cor eorum. Etiam hoc eorum voluntatem meruisse respondeo. Sic enim excaecat, sic obdurat Deus, deferendo et non adjuvando: quod occulto iudicio facere potest, iniquo non potest.
- Tract. In Io.** CXXXII. Ille qui omnia seit, quando dicit *forisitan*, non dubitat, sed increpat. Adtende enim quomodo increpative dicatur ipsum *forisitan*, quod videtur esse verbum dubitationis. Sed *nec dubium*, dubitationis verbum est, quando dicitur ab homine, ideo dubitante quia nesciente: cum vero dicitur a Deo verbum dubitationis, cum Deum nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur divinitas.
- De Gen. ad lit. I. 6. n. 28.** CXXXIII. „ Hoc enim necessario futurum est, quod ille, *Dei praescientia non fallitur*, vult, et ea vere futura quae ille praescivit. Nam multa secundum inferiores causas futura sunt; sed si ita sunt et in *rum*, praesentia Dei, vere futura sunt: si autem ibi aliter sunt, ita potius futura sunt, sicut ibi sunt, ubi qui praescit, falli non potest.
- Ep. 140. n.** CXXXIV. „ Deus igitur omnia largitur, et praescit: sed *Quomodo?* peccata praedicit, supplicia minatur, beneficia pollicetur.
- 48.** CXXXV. Quae cum ita sint, si non verborum amatores, sed *Futura conditionalia inter quae revera non erunt, sed fore aliqua posita conditione, illa possibilia sunt.* iuquishores esse velimus; arguamus 1. ex M. Augustino, tionalia inter quae revera non erunt, sed fore aliqua posita conditione, illa possibilia sunt. non esse inter futura recentenda, quia futura conditionalia nun-
- Ep. 194. n.** cupantur, sed inter possibilia, a quibus non discrepant. „ Quo-  
41. „ modo enim futura dicuntur, quae nulla erunt.?
- De praed 55. n. 19.** CXXXVI. Arguamus 2. fruitra admitti decretum efficax, ut *Præscientur, non praedestinatur futura ordinis naturalis.* Deus certo futura libera praenoscat ordinis naturalis: „ potest non praedestinatur futura ordinis naturalis.
- ib.** CXXXVII. Arguamus 3. animum refugere decretum praedeterminans ad materiale peccati, ut Deus mala culpe praevideat. Nam primo „ praedestinatione Deus ea praescivit, quae fuerat ipse facturus. Praescire autem potens est etiam quae
- De lib. arb. I. 3. n. 11.** ipse non facit; sicut quaecunque peccata. Secundo non omnium „ quae prescrit, auctor est; quorum autem non est auctor, est ultor.
- De corr. et gr. n. 27.** CXXXVIII. Arguamus 4. Angelos, et Adamum innocentem gratia efficaci non indiguisse, ut Deus in decreto praedeterminante de-
- Nec praedeterminante decreto indiguerunt angelos et homo innocens*
- terram perferantiam praeverider. Nam primo „ sic ordinavit angelorum et hominum vitam, ut prius ostendet,

- De civ. Dei l. „ deret , quid eorum posset arbitrium , deinde quid posset sua  
 12. c. 9. „ gratiae beneficium justitiaeque judicium . Secundo sunt ange-  
 li mali a bonorum societate discreti , quod hi in eadem vo-  
 luntate bona manserint , illi ab ea deficiendo mutati sunt ,  
 „ mala scilicet voluntate , hoc ipso quod a bona defecerunt ; a  
 De com. et „ qua non defecissent , si utique nolissent . Tandem Adae tale  
 gr. n. 31. „ erat adiutorium , quod deseret cum vellet , et in quo per-  
 maneret si vellet ; non quo fieret ut vellet .

CXXXIX. Arguamus 5. vel ab statu innocentiae procul esse Sed ne scientia  
 amandam scientiam medium . „ Omnia enim quae vere fu- quidem media  
 1. 20. c. 4. „ tura sunt , sine dubio fient ; si autem facta non fuerint , futura  
 „ non erant .

CXL. Arguamus 6. denique in praesenti lapsae naturae sta- Nunc homines  
 tu Deum praevidere in efficaci decreto futura libera ordinis su- indigent ad  
 Cont. duas permortalis . Nam sua nunc gratia , quae est inspiratio dilectio- bonum decreto  
 sp. Pelag. l. „ nis , ut cognita sancto amore faciamus , ipsa facit ut faciamus , effectus .  
 4. n. 11. De „ praebendo vires efficacissimas voluntati . Haec autem gratia  
 Grat. et lib. „ a nullo duro corde respicitur ; ideo quippe tribuitur , ut cor-  
 arb. n. 32. De „ dis duritia primitus auferatur : qua proinde ita subventum est  
 praed. SS. n. „ infirmitati voluntatis humanae , ut insuperabiliter et indecli-  
 13. De corr. „ nabiliter ageretur . et  
 et gr. n. 38. „

De praed. SS. CXLI. „ Judicari autem quemquam non secundum merita Futile exco-  
 n. 24. „ quae habuit , quamdiu fuit in corpore , sed secundum meri- rare merita  
 „ ta que fuerat habitus , si diutius fuisset in corpore ; unde possibilia .  
 „ opinari potuerunt homines , et mirans et stupens reperi pos-  
 sum , nec credere auderem .

De dono Pers. DXLJ. „ In massa perditionis justo divino Judicio Tyrii reli- Scripturae  
 n. 35. „ eti sunt et Sidonii , qui etiam credere potuerunt , si mira illa saepe loquun-  
 „ Christi signa vidissent . Sed quoniam ut crederent non erat eis sur humano  
 more .

De Gen. cont. „ datum , etiam unde crederent est negatum . Habent enim Manich. l. 1. „ consuetudinem divinae scripturae de rebus humanis ad divinas n. 20. „ res verba transferre . Quare in libris omnibus sanctis intueri lit. l. 1. n. 1. „ oportet , quae ibi aeterna intimentur , quae facta narrentur , „ quae futura praenuntientur , quae agenda praecipientur , vel  
 „ monentur .

CXLIII. Voluntas beneplaciti , spectans ad ordinis seu impos- Voluntas .  
 sitionem seu executionem , distinguatur aut juxta Damascenum in antecedentem et consequentem , misericordiae scilicet et justi-  
 tiae , aut in voluntatem primam et secundam juxta Chrysostomum , aut in invitantem et judicantem juxta illud S. Prospcri effatum , Qui voluntatem Dei spreverunt invitantem , voluntatem Dei sentientem vindicantem : hujusmodi distinctionem non a Deo , sed a rebus ; ipsis desumi docet M. Augustinus his verbis.

Tract. in Io. „ Quasi duae res sunt , homo et peccator . Quod audis homo , 12. n. 13. „ Deus fecit : quod audis peccator , ipse homo fecit . Dele  
 „ quod fecisti , ut Deus salvet quod fecit .

De Civ. Dei CXLIV. „ Ac per hoc cum Deus mutare dicitur voluntas Immutabilit  
 1. 22. c. 21. n. „ tem , ut quibus lenis erat , verbi gratia , reddatur iratus , il- est .  
 1. „ li potius quam ipse mutantur , et eum quodam modo muta-  
 „ tum in his quae patiuntur inveniunt : sicut mutatur sol oculis  
 „ , favi-

„ sauciatis , et asper quodam modo ex miti , et ex delectabili  
 „ molestus efficitur , cum ipse apud se ipsum maneat idem ,  
 „ qui fuit .

**Ep. 138. n. 7.** CXLV. „ Sicut autem non ideo mutabilis homo , quia ma- *Quandois pro*  
 „ ne aliud , aliud vespere , illud hoc mense , illud alio , non *tempore mutet*  
 „ hoc isto anno quod illo : ita non ideo mutabilis Deus , quia *res.*  
 „ universi seculi priore volumine aliud , aliud posteriore sibi juf-  
 „ fit offerri , quo convenienter significationes ad doctrinam re-  
 „ ligionis saluberrimam pertinentes , per mutabilia tempora sine  
 „ ulla mutatione disponere .

**In Ps. 134. n.** CXLVI. „ Non omnia quae fecit Deus , coactus est facere , *Causa rerum,*  
 „ sed omnia quaecumque voluit fecit . *Causa omnium qua libera Dei de-*  
 „ fecit voluntas ejus est . Facis tu domum , quia si nolles face-  
 „ re , sine habitatione remaneres : necessitas cogit te facere  
 „ domum , non libera voluntas . Deus bonitate fecit , nullo  
 „ quod fecit eguit .

**Enchir. n. 24.** CXLVII. „ Non ergo sit aliquid , nisi omnipotens fieri velit , *Multa potest*  
 „ vel sinendo ut fiat , vel ipse faciendo . Sed multa potest quae *qua non vult.*  
**De nat. et gr.** „ non vult . Consequens enim est , ut quod est esse potuerit ;  
 n. 8. „ non est autem consequens , ut quod esse potest , etiam sit .  
 „ Quia enim Dominus Lazarum suscitavit , sine dubio potuit :  
 „ quia vero Judam non suscitavit , numquid dicendum est , non  
 potuit ? Potuit ergo , sed noluit .

**De Civ. Dei** CXLVIII. „ Dicitur etiam voluntas Dei , quam facit in cor- *Multa vult ,*  
 l. 22. c. 2. n. „ dibus obedientium mandatis ejus , de qua dicit Apostolus , *nec facit .*  
 1. „ Deus est enim , qui operatur in nobis et velle . Secundum  
 „ hanc ergo voluntatem , qua Deum velle dicimus , quod alias  
 „ efficit velle , a quibus futura nesciuntur , multa vult , nec facit .

**ib. n. 2.** CXLIX. „ Multa enim volunt fieri sancti ejus ab illo inspi- *Et tamen ipse*  
 „ rata sancta voluntate , nec sunt : sicut orant pro quibusdam *facit , ut ve-*  
 „ pie sancteque , et quod orant non facit ; cum ipse in eis hanc  
 „ orandi voluntatem sancto Spiritu suo fecerit . Ac per hoc  
 „ quando secundum Deum volunt , et orant sancti , ut quisque  
 „ sit salvus , possumus illo modo locutionis dicere , Vnde Deus ,  
 „ et non facit ; ut ipsum dicamus velle , qui et velint ista facit .

**ib.** CL. „ Secundum illam vero voluntatem suam , quae *Quid vult , ab*  
 „ cum ejus praefectio sempiterna est , profecto in caelo et in *acervo vult .*  
 „ terra omnia quaecumque voluit , non solum praeterita vel  
 „ praesentia , sed etiam futura fecit . Verum ante quam veniat  
 „ tempus , quo voluit ut fieret , quod ante tempora univer-  
 „ praescivit atque dispositus , dicimus , Fiet si Deus voluerit :  
 „ non quia Deus novam voluntatem , quam non habuit , tunc  
 „ habebit ; sed quia id quod ex aeternitate in ejus immutabili  
 „ praeparatum est voluntate , tunc erit .

**Enchir. n. 26.** CLI. „ Interest quid velle homini , quid Deo congruat , et *Suam per ma-*  
 „ ad quem finem suam quisque referat voluntatem , ut aut pro- *lam hominum*  
 „ betur , aut improbetur . Nam Deus quasdam voluntates suas , *voluntatem*  
 „ utique bonas , implet per malorum hominum voluntates *impler .*  
 „ malas .

„ Sed

- ib. CLII. „ Sed quanta liber sint voluntates vel angelorum vel *Duci nequit hominum, vel bonorum vel malorum, vel illud quod Deus ejus voluntas.*  
 „ vel aliud volentes quam Deus, omnipotens voluntas semper  
 „ invicta est: quae mala esse numquam potest; quia etiam cum  
 „ mala irrogat, iusta est, et profecto quae iusta est, mala non  
 „ est. Deus igitur omnipotens sive per misericordiam cuius  
 „ vult misereatur, sive per judicium quem vult obduret, nec  
 „ inique aliquid facit, nec nisi volens quidquam facit, et omnia  
 In Ps. 110. n. „ quacumque vult facit. Ita quidquid elegeris, omnipotenti  
 „ non deerrit, unde suam de te compleat voluntatem.
- De corr. et CLIII. „ Deus igitur volenti salvum facere nullum hominum *Nec cum aut resilit arbitrium. Sic enim velle seu nolle in volentis aut no-*  
 gr. n. 43. „ *salvat aut lentis est potestate, ut divinam voluntatem non impedit, damnat.*  
 „ nec superevit potestate. Etiam de his enim qui faciunt quae  
 „ non vult, facit ipse quae vult.
- CLIV. Mali proinde interdum quidem interiori gratiae, *Keficitur in id est voluntati Dei resistunt, sed eam cum vincere nequeant, terdum Deo,*  
 Christian. quadam necessitate capessunt. „ Nemo enim legis omnipotentis  
 „ evadit. Sed aliud eft facere, quod lex jubet, aliud pati quod  
 „ lex jubet. Quapropter boni secundum leges faciunt, mali au-  
 Op. imp. 1. „ tem secundum leges patiuntur. Absit, ut impediatur ab ho-  
 1. n. 93. „ mine omnipotentis et cuncta praeficientis intentio. Parum de  
 „ re tanta cogitant, vel ei cogitando non sufficiunt, qui putant  
 „ Deum omnipotentem aliquid velle, et homine infirmo im-  
 Enchir. n. 24. „ pediente non posse. Deus autem noster in caelo sursum, in  
 „ caelo et in terra omnia quacumque voluit fecit. Quod uti-  
 „ que non est verum, si aliqua voluit, et non facit, quoniam  
 „ ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impe-  
 De spir. et dicit. Ita voluntas Dei semper invicta est. Vincetur autem  
 Jit. n. 58. „ tem, si non inveniret quid de contemptoribus ficeret, aut ul-  
 „ lo modo possent evadere, quod de talibus ille constituit.
- Enchir. n. 27. CLV. „ Ac per hoc cum audimus, et in sacris litteris le-  
 „ gimus, quod *velis omne homines salvos fieri*, quamvis certum  
 „ sit nobis non omnes homines salvos fieri, non tamen ideo de-  
 „ bemus omnipotentissime Dei voluntati aliquid derogare, sed  
 „ ita intelligere quod scriptum est: Qui omnes vult salvos fieri:  
 „ tamquam diceretur, nullum hominem fieri salvum, nisi quem  
 „ fieri ipse voluerit: non quod nullus sit hominum, nisi quem  
 „ salvum fieri velit; sed quod nullus fiat, nisi quem velit; et  
 „ ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri, si voluerit.
- ib. XLVI. „ Aut certe sic dictum est, Quod omnes homines vult *Secunda.*  
 „ salvos fieri, ut *omnes homines* omne genus humanum intelliga-  
 „ mus per quascumque differentias distributum. Quid est enim  
 „ corum unde nos Deus per Unigenitum suum Dominum no-  
 „ strum per omnes gentes salvos fieri homines velit, et ideo  
 „ faciat, quia omnipotens velle inaniter non potest quodcum-  
 „ que voluerit?
- Ep. 217. n. 19. CLVII. „ Aut certe sicut illud quod dictum est, *omnes in Chri-* *Tertia.*  
 „ sto vivificabuntur, cum tam multi aeterna morte puniantur,  
 „ ideo dictum est, quia omnes quicunque vitam aeternam per-  
 „ cipiunt,

*Prima expli-  
catio textus  
Apoliti, Vult  
omnes honi-  
nes, &c.*

, cipiunt, non percipiunt nisi in Christo: ita quod dictum est,  
 „ omnes homines vult Deus salvos fieri, cum tam multos nolit  
 „ salvos fieri, ideo dictum est, quia omnes qui salvi sunt, nisi  
 „ ipso volente non sunt.

**Conf. Iul. L.** CLVIII. „ Quod apostolicum testimonium si eo modo intelligi. **Quarta.**

**4. n. 42.** „ gendum putas, ut dicas omnes positos esse pro multis, qui  
 „ justificantur in Christo: multi quippe alii non vivificantur in  
 „ Christo; respondebitur tibi, sic etiam illic ubi dictum est,  
 „ Omnes homines vult salvos fieri, et in agnitionem veritatis  
 „ venire: omnes positos esse pro multis, quos ad istam gratiam  
 „ vult venire. Quod multo convenientius propter hoc intelligi:  
 „ tur dictum, quia nemo venit, nisi quem venire ipse voluerit.

**De corr. et gr. n. 47.** CLIX. „ Potest etiam sic intelligi, quod *omnes homines* **Quinta.**

, „ *Deus vult salvos fieri*, quoniam nos facit velle; sicut *misi spiritum*  
 „ *ritum Filii sui clamantem Abba, pater*, id est, nos clamare  
 „ faciemus. Nos ergo clamamus, sed ille clamare dictus est,  
 „ qui efficit ut clamemus. Si ergo clamantem spiritum recte di-  
 „ xit scriptura, a quo efficitur ut clamemus, recte etiam vo-  
 „ lenter Deum a quo efficitur ut velimus.

**Cont. Iul. I.** CLX. „ Omnes ergo qui salvi sunt, et in agnitionem ve- **Omnes eodem**  
 „ niunt veritatis, eo volente salvi sunt, eo volente veniunt. **recidunt.**

, „ Quia et qui nondum sicut parvuli utuntur voluntatis arbitrio,  
 „ eo volente regenerantur, quo creante generantur, et qui  
 „ jam utuntur voluntatis arbitrio, nisi eo volente ac subvenien-  
 „ te, a quo praeparatur voluntas, velle non possunt.

**ib. n. 45.** CLXI. „ Ubi si dixeris mihi, Cur ergo non vertit omnium **Alorandum**  
 „ nolementum voluntatem? Respondebo, Cur non omnes mori- **mysterium vo-**  
 „ tuos adoptat lavacro regenerationis infantes, quorum adhuc **luntatis divi-**  
 „ nullas et ideo nec contrarias inveniat voluntates? Si hoc pro- **nacae, quae et**  
 „ fundius esse perspicis, quam ut abs te valeat inveniri, utrum **misericorditer**  
 „ que utriusque nostrum profundum sit, cur et in majoribus et in **salvat, et ju-**  
 „ minoribus Deus velit alteri, et nihil alteri subvenire: dum **ne**  
 „ tamen certum et immutabile teneamus, non esse iniquitatem **damnat.**

, „ apud Deum, qua quemquam sine malis meritis damnet; et

, „ esse bonitatem apud Deum, qua multis sine bonis meritis li-

, „ beret: demonstrans in eis quos damnat quid omnibus debea-

, „ tur, ut hinc discant quos liberat, quae sibi poena debita-

, „ relaxetur, et quae indebita gratia condonetur.

**Serm. 12. n. 4.** CLXII. „ Multi autem modi sunt, quibus nobiscum loqui- **Locutio Dei**  
 „ tur. Loquitur aliquando per aliquod instrumentum, sicut per **cil voluntas fi-**

, „ codicem divinarum scripturarum: loquitur per aliquod ele- **gni.**

, „ mentum mundi, sicut per stellam Magis loquutus est. Quid

, „ est enim locutio nisi significatio voluntatis? Loquitur per for-

, „ tem, per animam humanam, per angelum, per aliquam vo-

, „ calem sonantemque creaturam, aut in somnis, aut spiritu ho-

, „ minis assumpto, quam Graeci ecclasiū vocant, aut in ipsa

, „ mente. Loquitur etiam in bonorum, malorumque confiden-

, „ tia. Quis autem hominum potest conjicendo aut cogitando

, „ colligere, quot et quibus modis eadem veritas loquatur ange-

, „ lis five bonis, five malis?

, Ne-

- Op. imp. 1. 52. CLXIII. „ Neque vel demens quisquam dixerit; Deum posse *Libertas*.  
5. n. 38. „ se peccare; aut tu dicere aedes Deum liberum arbitrium  
„ non habere. Dei ergo, non nihil mutus est liberum arbitrium  
„ trium; sed in ipso Deo summum est liberum arbitrium, qui  
„ peccare nullo modo potest.

ib. CLXIV. Non igitur ad naturam liberi arbitrii pertinet peccare *Eius natura*?  
re et non peccare, sed facere et non facere. Quoniam si Deus,  
ad cuius imaginem conditus est homo, injutus esse posset, etiam  
„ Deus non esse utique posset. Si enim Deus est, consequentil-  
„ sume justus est; et ideo summe maximeque habet liberum ar-  
bitrium, peccare tandem non potest Deus. Angelus ergo vel  
„ hominem propterea isto Dei munere, quod est liberum arbitrium,  
„ male uti potuit, quia non est Deus, hoc est, de nihilo factus  
„ est a Deo, non de ipso Deo. Intellige, et tace: aut quod  
„ inlexeris, non autem quod non intellexeris, loquere.

De agon. CLXV. „ Sunt autem stulti qui dicunt, non poterat aliter *Verbum libere*  
Christian. n. sapientia Dei homines liberare, nisi fulciperat hominem, et *caro suum*.  
12. „ nasceretur de femina, et a peccatoribus omnia illa pateretur?  
„ Quibus dicimus, Poterat omnino, sed si aliter faceret, simi-  
liter vestrae stultitiae displiceret.

De Gen. ad CLXVI. „ Creatoris potentia, et omnipotentis atque omni- *Providentia*.  
lit. 1. 4. n. 22. tenitus virtus, causa subsistendi est omni creaturae: quae  
„ virtus ab eis quae creata sunt regendis, si aliquando celula-  
„ ret simul et illorum celare species, omnisque natura conci-  
deret. Neque enim sicut structor aedium cum fabricaverit,  
„ abscedit, atque illo celante atque abscedente stat opus ejus;  
„ ita mundus vel iactu oculi stare poterit, si ei Deus regimen  
„ subtraxerit.

In Ps. 148. n. CLXVII. „ Qualis, inquit, providentia? Getulia sit, et *Sine qua nihil*  
10. mare complitur. Acute sibi videntur tractare: quibus dicen- fit.  
„ dum est hoc, Getulia sit, ne tu sitires. Ita enim jam satu-  
ratus est, qui talia disputat; quasi sibi doctus videtur, nec  
„ vult discere: ideo non sit. Nam si sitiret, vellet discere; et  
„ inveniret quia totum Dei providentia sit in terra, et mirare-  
„ tur dispositio etiam membris pulicis.

ib. n. 12. CLXVIII. „ Quidquid ergo hic accidit contra voluntatem *Sine qua nihil*  
„ nostram, noveritis non accidere nisi de voluntate Dei: et si accedit.  
„ nos non intelligimus quid quare fiat, demus hoc providentiae  
„ ipsius, quia non sit sine causa, et non blasphemamus. Si in-  
„ trares forte in officinam fabri ferrarii, non auderes reprehendere folles, incudes, maleos. In officina non audet vituperare fabrum, et audet reprehendere in hoc mundo Deum.

Serm. 126. n. CLXIX. „ Videt homo insolita, et miratur. Unde est ipse *Non est*, cur  
4. homo qui miratur? ubi erat? unde processit? unde forma *homo miretur*  
„ corporis? unde membrorum distinctio? unde habitus iste *speciosus*?  
„ ciuitatis? de quibus primordiis? de quam contemptibilibus?  
„ Et miratur alia, cum sit ipse mirator magni miraculum.

De Gen. ad CLXX. „ Ergo Dei providentia regens atque administrans *Ipsa ordinat*  
lit. n. 44. „ universam creaturam, et naturas et voluntates, naturas ut *omnia*.  
„ sint, voluntates autem ut nec infruitosae bonae, nec impun-  
„ nitiae

„ nitae malae fini; subdit primitus omnia sibi, deinde creaturam corporalem creaturae spirituali, irrationalem rationalem, nali, terrestrem cœlesti, femineam masculinae, minus valentem valentiori, indigentiores copiosori.

- Cont. Faust.** CLXXI. „ Deus autem creator et conditor omnium naturarum, nihil contra naturam facit: id enim erit cuique rei naturalis, quod ille fecerit, a quo est omnis modus, numerus, ordo naturæ. Sed nec ipse homo contra naturam quidquam facit, nisi cum peccat, qui tamen supplicio redigitur ad naturam. Ad naturalem quippe justitiae ordinem pertinet, ut aut peccata non fiant, aut impunita esse non valcent: quodlibet horum sit, naturalis ordo servatur, si non ab anima, certe a Deo.

- De Civ. Dei** CLXXII. „ Placuit divinae providentiae preparare in postea bonum tempore, quibus non fruentur iniusti, et mala impiis, perat bona malis? quibus non excrucia buntur boni. Ita vero temporalia bona et mala utrisque volunt esse communia, ut nec bona cupidius appetantur, que mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter evitentur, quibus et boni plerunque afficiuntur.

- ib. l. 13. c. 1.** CLXXIII. „ Hinc genus humanum in duo genera distribuitur. mus, unum eorum qui secundum hominem, alterum eorum qui secundum Deum vivunt. Quas etiam mystice appellantur, duas civitates, hoc est, duas societas hominum, quarum est una, que praedestinata est in aeternum regnare cum Deo, altera aeternum supplicium subire cum diabolo.

- ib. l. 14. c.** CLXXIV. „ Fecerunt itaque civitates duas amores duo, et duos amores, terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caeterum, ac praelestrem vero amor Dei usque ad contemptum sui. Interim Enchir. n. 26. creator bene uitur et malis, tamquam summe bonus, ad eosrum damnationem quos juste praedestinavit ad poenam, et ad eorum salutem quos benigne praedestinavit ad gratiam.

- De dono pers. n. 41.** CLXXV. „ In sua quae falli mutarique non potest praefectionis, opera sua futura disponere, id omnino nec aliud quidquam est praedestinare.

- ib. n. 35.** CLXXVI. „ Haec est praedestinatio Sanctorum, et nihil ejus definitio. aliud: praefectionis scilicet et preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur.

- ib. n. 48.** CLXXVII. „ Quid ergo nos prohibet, quando apud aliquos verbi Dei tractatores legimus Dei praefectionem, et agitur de vocatione electorum, eam praedestinationem intelligere? Magis enim fortasse voluerunt hoc verbo in ea re uti, quod et facilius intelligitur, et non repugnat, immo et congruit veritati, quae de praedestinatione gratiae praedicatur.

- Serm. 158. n. 1.** CLXXVIII. „ Si Deus pro nobis, quis contra nos? Deus pro nobis, ut praedestinaret nos; Deus pro nobis, ut vocaret nos; Deus pro nobis, ut iustificaret nos; Deus pro nobis, ut glorificaret nos. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Praedestinavit, antequam essemus; vocavit, cum aversi essemus; iustificavit, cum peccatores essemus; glorificavit, cum mortales essemus. Si Deus pro nobis, quis contra nos?

B „ Prae-

*Et ad naturam redigit.*

*Duas boni num societas?*

*Praedestinatio.*

*Praefectionis quando intellegenda praedestinatio?*

*Nihil eam impedit.*

*Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

*Ergo non est nisi Deus pro nobis.*

*Quia non est nisi Deus pro nobis.*

- „ Praedestinationis a Deo , vocatis , justificatis , glorificatis qui  
 vult adversari , paret se , si potest , bellare adversus Deum . . .
- De praed. SS.** CLXXXIX. „ Inter gratiam porro et predestinationem hoc tan- *Gratiam inter  
 n. 19.* tum interest , quod predestinationis est gratiac preparatio , gra- *et predefini-*  
*tia vero jam ipsa donatio est , ipsius predestinationis effectus . nationem ~*  
*Qq. in Gen.* CLXXX. Predestinationis ad interitum et supra vidimus me- *qui?*  
*q. 117. n. 4.* miniss. , et alibi meminit M. Augustinus . Sed „ , non facile in- *Datur prede-*  
*Ep. 140. n.* venitur electorum nomen in malo , nisi quando mali eliguntur *electi , id est*  
*48.* „ , venitur electorum nomen in malo , nisi quando mali eliguntur *datur prede-*  
**De corr. et gr.** „ , a malis . Quicumque enim electi , sine dubio etiam vocati : *linatio ad in-*  
*n. 14.* „ , non autem quicunque vocati , consequenter electi . Nec scritum .  
 „ , omnia Deus quae praedit , promittit : praedicet enim etiam  
 „ , illa , quae non ipse facit . Promittit autem quae ipse facturus  
 „ , est , nec ea mala , sed bona . Filii etgo promissionis , filii  
 „ , sunt beneficii .
- ib. CLXXXI. „ Illi ergo electi , ut supra dictum est , qui se- *Qui vero eli-*  
 cundum propositum vocati , qui etiam predestinati atque *guntur , certo*  
 praesciti . Horum si quisquam perit , fallitur Deus ; sed ne- *predestinati*  
 „ , mo eorum perit , quia non fallitur Deus . Horum si quisquam  
 „ , perit , virtus humano vincitur Deus : sed nemo eorum perit ,  
 „ , quia nulla re vincitur Deus .
- In Ps. 150.** CLXXXII. Quamobrem „ predestinationis nostra non in nobis *Predestina-*  
*n. 30.* „ , facta est , sed in occulto apud ipsum , in ejus praescientia . *tio in Deo ,*  
 „ , Tria vero reliqua in nobis sunt , vocatio , justificatio , glo- *tria in nobis .*  
 „ , rificatio . Vocati , renuntiamus diabolo per poenitentiam ,  
 „ , ne sub jugo ejus remaneamus : justificati , sanamur per mi-  
 „ , sericordiam , ne judicium timeamus : glorificati transimus in  
 „ , vitam aeternam , ubi Deum sine fine laudamus .
- De corr. et** CLXXXIII. „ Qui vero perseverant non sunt , non sunt a *Non perseve-*  
*gr. n. 16.* „ , massa illa perditoris praescientia Dei et predestinatione di- *runtur , nec*  
 „ , sceti ; et ideo nec secundum propositum vocati , ac per hoc *predestinatis*  
 „ , nec electi . Plane dicuntur electi a neficiis quid futuri sunt .  
 „ , fint , non ab illo qui eos novit non habere perseverantiam .
- De praed. ss.** CLXXXIV. „ Vocab enim Deus predestinatos multos filios *Vocati et non*  
*n. 32.* „ , suos , et eos facit membra predestinati unici Filii sui , non *vocati , filii*  
 „ , ea *vocatione qua* vocati sunt , et qui noluerint venire ad nu- *Dei , et non :*  
 „ , ptias . Ita sunt filii Dei , qui nondum sunt nobis , et sunt *filii Dei .*  
 „ , jam Deo . Et sunt rursus quidam qui filii Dei propter suscep-  
 „ , ptiam vel temporaliter gratiam dicuntur a nobis , nec sunt ta-  
 „ , men Deo .
- CLXXXV. Si Pelagianis et Semipelagianis jamdudum ne- *Predestina-*  
 gantibus predestinationem ad media , quibus aeterna gloria *tio ad gloriam*  
 comparatur , ac proinde et predestinationem ad ipsam glo- *et omnino*  
 riam esse gratuitam , surrexerunt postremo qui docerent pre- *gratuita-*  
 destinationem ad primam gratiam a praevisione pendere me-  
 ritorum nonnunquam moralium operum ; illosque praeterea  
 ad gloriam predestinatos esse a Deo , quos gratia sua versati-  
 li bene operaturos , et usque in finem praeviderat perseve-  
 ratores : „ , nescio quid dicam , nisi ut doleam praesumptionem  
 „ , humanam et mirer patientiam divinam . Qui credit ex uno  
 „ , omnibus esse in condemnationem ; sine dubitatione jussissimam ;  
 „ , ita
- Ep. 238. n. 23**
- De praed. SS.**
- n. 16.**

„ ita ut nulla Dei esset justa reprehensio , etiam si nullus inde liberaretur . Unde constat magnam esse gratiam , quod plurimi liberantur , et quid sibi deberetur , in eis qui non liberantur agnoscunt : ut qui gloriatur , non in suis meritis , quae paria videt esse damnatis , sed in domino glorietur .

**Ep. 149. n. 6.** CLXXXVI . , Igitur investigabiles sunt misericordiae et veri . *Et misericordia et veritas.* „ tas Domini: quoniam cuius vult miseretur , non iustitia , sed mitie- quo sibi occur- runt misericor- „ ricordiae gratia; et quem vult obdurare , non iniuriate , sed veri- dia et veritas , tate vindictae . Quae tamen ita sibi occurunt , ut nec misericor- et excluduntur „ dia impedit veritatem , qua plectitur dignus , nec veritas miser- merita . „ cordiam qua liberatur indignus . Quae igitur sua merita ja- „ staturus est liberatus , cum si digna suis meritis redderentur , „ non est nisi damnatus ?

**Serm. 158. n. 3.** CLXXXVII . , Nemo ergo dicat , Ideo me vocavit Deus , Nullo merito „ quia colui Deum . Quomodo coluisse , si vocatus non fuisses ? praevenitur „ si propterea te vocavit Deus , quia coluisti Deum , ergo prior praedestinatione „ dediti , et retribuit tibi . Nonne istam tibi vocem Apostolus tollit , cum dicit , Aut quis prior dedit illi , et retribuet ei ? „ Sic ecce quando vocatus es , vel jam eras . Quomodo prae- „ destinareris , nisi quando non eras ? quid Deo dediti , quan- „ to qui aliquid dares , non eras ?

**Cont. duus ep. Pelag. l. 2. n. 15.** CLXXXVIII . , Propter quod profecto despitis , qui dicen- Despiciunt di- „ te veritate , Non ex operibus , sed ex vocante dictum est ; centes , pra- „ vos dicitis , Ex futuris operibus , quae Deus illum facturum desiliuvi ex futuris operi- „ esse prescibet , Jacob fuisse dilectum : atque ita contra bus . „ dicitis Apostolo dicenti , Non ex operibus : quasi non posset dicere , Non ex praeferentibus , sed futuris operibus . Sed ait , „ Non ex operibus , ut gratiam commendaret .

**De diversis Qq. ad Simpl. l. 1. q. 2. n. 22.** CLXXXIX . , Non habeo quod intuerar in eligendis homini- *Etiam praecepimus ad* „ bus ad gratiam salutarem , si ad examen hujus electionis ali- *desinatio ad* „ qua cogitatione permittor , nisi vel majus ingenium , vel mi- *gratiam et* „ noria peccata , vel utrumque : addamus etiam , si placet , ho- *gratuita .* „ nestas utilesque doctrinas . Sed cum haec statuero , ita me ri- „ debit ille , qui insuma mundi elegit , ut confundat fortia , et „ stulta mundi ut confundat sapientes . Nonne advertimus mul- „ tos fidèles nostros ambulantes viam Dei ex nulla parte ingenio „ comparari , non dicam quorundam haereticorum , sed etiam „ mimorum ? Item non videmus quosdam homines utriusque „ sexus in conjugali castitate viventes sine querela , et tamen „ vel haereticos , vel paganos , vel etiam in vera fide et vera „ ecclesia sic tepidos , ut eos miteatur meretricum , et histrio- „ num subito conversorum , non solum patientia et temperantia , „ sed etiam fide , spe , caritate superari ? Restat ergo , ut vo- „ luntates eligantur . Sed voluntas ipsa , nisi aliquid occurrit „ quod delectet atque invitet animum , moveri nullo modo pos- „ test : hoc autem ut occurrat , non est in hominis potestate .

**De pecc. mer. et rem. l. 1. n. 21.** CXC . Vi igitur alicujus conventionis aut congruitatis facien- *Corallarium .* „ ti quod in le est gratiam et gloriam dari afferentes , quid hinc „ respondant , omnino non video : qui volentes humanis con- „ jecturis iustitiam Dei defendere , et ignorantem altitudinem „

, gratiae , fabulas improbabiles esse cœurent . Sed cui pauca non  
,, sufficiunt , plura non proderunt .

CXCI. Verum ex aliis proprie innumeris M. Augustini testimoniis scientes nos argui evidenter posse neminem praedelinari definitio dis-  
ex praevisione eorum , quae si diutius vixisset facturus fuerat , serv a praede-  
latus ex praevisione meritis versatili gratia comparandis ; fatemur itinératio an-  
tamen „ angelos , quorum princeps est qui dicitur diabolus , per gelorum et

**De corr. et**  
**et gr. n. 27.**  
**ib. n. 34.**

**ib. n. 32.**

„ liberum arbitrium a Domino Deo refugas factos esse ; ceteros Adae innocen-  
,, autem per ipsum liberum arbitrium in veritate iteruisse : et pri-  
,, mo homini datum fuisse adjutorium perseverantiae , non quo  
,, fieret ut perseveraret , sed sine quo per liberum arbitrium  
,, perseverare non posset . Quid ert autem liberius libero ar-  
bitrio , quando non poterit servire peccato , quae futura erat  
et homini , sicut facta est Angelis sanctis , merces meriti ?  
,, Nunc autem per peccatum perditio bono merito , in his qui  
,, liberantur factum est donum gratiae , quae merces meriti fu-  
tura erant .

**ib. n. 40.**

CXCII. „ Quapropter qui videtur stare , videat ne cadat . Nemo scit , an  
,, quis enim ex multitudine fidellum , quamdiu in hac mortali-  
,, tate vivitur , in numero praedelinatorum se esse præsumat ?

**De Civ. Dei**  
**1. 22. c. 1.n. 2.**

„ Quae præsumptio in isto tentationum loco non expedit , ubi  
,, tanta est infirmitas , ut superbiam posset generare securitas .

CXCIII. „ De mortali progenie merito iusteque damnata Magnus praec-  
,, tantum populum gratia sua colligit Deus , ut inde suppleat delinitorum  
,, et instaurat partem quae lapsa est angelorum : ac sic illa di-  
,, lecta et superna civitas non fraudetur suorum numero civium , numerus .

**Op. imp. I. 2.**  
**n. 142.**

CXCIV. Attamen „ hinc fallitur Julianus ; si ipse non fal- Sed parvus in  
,, lit , qui perspicua Apostoli verba nubilare contendens , mul- comparatione  
,, to in plures inquit abundasse beneficia , quam irreplisse di- pereuntium .  
,, spendia . Non hoc dixit : multo magis enim abundasse gra-  
,, tiam dixit in multis , non in magis multis , sed magis abun-  
,, dasse . In comparatione namque pereuntium pauci sunt qui  
,, salvantur : sine comparatione autem pereuntium et ipsi mul-  
,, ti sunt .

**ib.**

CXCV. „ Sed quare sint illi plures , quam illi , consilium Cur hoc ? My-  
,, Dei volle noſte multorum est : noſte autem vel paucissimo-  
rum hominum , vel omnino nullorum . Si omnes remanerent  
,, in poenis iusta damnationis , in nullo appareret misericors  
,, gratia redimentis : rursum si omnes a tenebris transferrentur  
,, in lucem , in nullo appareret severitas ultionis . In qua pro-  
,, pterea multo plures quam in illa sunt , ut sic ostendatur quid  
,, omnibus deberetur . Quod si omnibus redderetur , iustitiam  
,, vindicantis iuste nemo reprehenderet : qui vero tam multi  
,, exinde liberantur , est unde agantur maxima gratiae gratui-  
,, to muneri libertatis .

**De dono pert.**  
**n. 19.**

CXCII. „ Hominibus autem videtur omnes qui boniappa- Praedelinati  
,, rent fideles , perseverantiam usque in finem accipere debuit . quorū cil  
,, se . Deus autem melius esse judicavit , misere quoddam non  
,, perseveraturos certo numero sanctorum suorum ; ut quibus certus nume-  
,, rius , misericordia , non perse-  
,, veratur .

, non expedit in hujus vitæ tentatione securitas , non possint esse securi .

De corr. et gr.  
p. 42.

CXCVII. „ Hic vero qui non pertinent ad hunc praedictum numerum , quos Dei gratia sive nondum habentes ullum suae voluntatis arbitrium , sive cum arbitrio voluntatis , ideo vere libero , quia per ipsam liberato , perducit ad regnum : hi ergo qui non pertinent ad illum certissimum et felicissimum numerum , pro meritis iustissime iudicantur . Aut basi . enim jacent sub peccato , quod originaliter generatione traxerunt , et cum illo haereditario debito hinc excent , quod non est regeneratione dimissum ; aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt , arbitrium inquam liberum , sed non liberatum , liberum iustitiae , peccati autem seruum , quo volvuntur per diversas noxias cupiditates , alii magis , alii minus ; sed omnes mali , et pro ipsa diversitate diversis suppliciis iudicandi . Aut gratiam Dei suscipiunt , sed temporales sunt , nec perseverant ; deserunt , et deseruntur . Diminut enim sunt libero arbitrio , non accepto perseverantiae domino , iudicio Dei justo et occulto .

De dono pert.  
n. 18.

CXCVIII. „ Sed cur in eadem causa me potius quam illum puniet , aut illum potius quam me liberabit ? Hoc non dico , si queris , quare ? Quia in hac re sicut iusta est ira ejus , sic magna est misericordia ejus , ita inscrutabilia iudicia sua sunt inprobata , iusta et iudicata .

Cont. Jul. l.  
3- n. 35.

CXCIX. „ Bonus est Deus , justus est Deus : potest aliquos sine bonis meritis liberare , quia bonus est : non potest quemquam sine malis meritis damnare , quia iustus est . Porro cum in quo erat natura communis , ab ejus virtute est nullus immunitas ; hinc si Jacob et Esau , qui nondum propria vel bona vel mala operabantur , rei tamen ex origine nasciebantur ; laudet misericordiam qui liberatur , non culpet judicium qui putatur .

ib. n. 18.

CC. „ Haec massa si esset ita media , ut quemadmodum nihil boni ita nec mali aliquid mereretur , non frustra videtur iniquitas ut ex ea fierent vasa in contumeliam . Cum vero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem univerbi defluxerit , proculdubio quod ex ea fiunt vasa in honorem , non ipsius iustitiae , quae gratiam nulla praeferset , sed Dei misericordiae ; quod vero in contumeliam , non iniquitatem Dei , quae absit ut sit apud Deum , sed iudicio deputandum est . Hoc quisquis cum Ecclesia catholica capitur , non contra gratiam pro meritis disputat .

Cont. Io.  
Erig. l. 4.

CC. Nos utroque pollice subscrivimus SS. Prudentio et Rhemigio , de Praedefinitiana heresi scribentibus , illi , Hæresim , qua ita donum gratiae prædicatur , ut libertas arbitrii aut feratur , nec legimus , nec audiūmus ; isti vero , Quae est ita hæresis tam inaudita , quae libero arbitrio denegato solum gratias fit circa S. Augustinum quasi-haereticum gessit . Sed quamvis concederemus emersisse , nullum tamen parati sumus demonstrare invictis M. Augustini dogmatibus in-

*Al hunc certissimum numerum non pertinent vel negligunt vel posse repro-*

*Dei qui praedictas et reprobata , iusta et iudicata .*

*Hoc docet Ecclesia :*

*Praedefinitiana autem haeresi scribentibus , illi , Hæresim , qua ita donum gratiae prædicatur , ut libertas arbitrii aut nihil habent cum do-*

*bent cum do-*

*gessit .*

de inferri praejudicium. Non enim melius loqui potuit Augustinus, ut scire ait Facundus Herm. l.6. quam prophetae, quorum verbis male intellectis tam multi suos defendere conantur errores.

- De dono pers.** CCII. Verum „ quid est, quod illi dicere existimant : et si Praedestinationem  
n. 51. „ verum est, quod dicitur de praedestinatione, non est tamen praetextatio, qui quid  
ib. n. 57. „ populis praedicandum? Praedicandum est pro�is, ut qui habent aures audiendi, audiat. Attamen praedestinatio non ita dicitur Semipelagini, sed extra officia  
„ populis praedicanda est, ut apud imperitam multitudinem re-dargui quodammodo ipsa sua praedicatione videatur, si dicatur.  
„ tur; sive curratis, sive dormiatis, quod vos praescivit qui falli non potest, hoc eritis. Dolosi vel imperiti medici est,  
„ utile medicamentum sic alligare, ut vel non pro�t, vel oblitio.  
Ib. n. 50. CCHIII. „ Ut ex inde votis efficiamur devoti et religiosi, ut Trinitas; eu-  
„ in ipsam Trinitatem credamus, et confitemur etiam voce ius mysteriorum  
„ quod credimus, gratiae Dei tribuunt magni ecclesiae docto-Dei gratia-  
„ res, Dei munus agnoscunt, ab ipso nobis, non a nobis esse creditur.  
testantur.
- Ep. 120. n. 13.** CCIV. „ Tene inconcussa fide Patrem et Filium et Spiritum *Dicitura de*  
„ Sanctum esse Trinitatem, et tamen unum Deum: non quod *Trinitatis my-*  
„ sit eorum communis quasi quarta divinitas, sed quod sit ipsa *hieros.*  
„ ineffabiliter inseparabilis Trinitas: Patremque solum genui-  
„ se Filium, Filiumque solum a Patre genitum, Spiritum vero  
**Ep. 170. n. 5.** sanctum et Patris et Filii esse Spiritum. Haec Trinitas unius  
„ est ejusdemque substantiae: et haec omnia nec confuse unum  
„ sunt, nec disiuncte tria sunt: sed cum sint unum, tria sunt;  
„ et cum sint tria, unum sunt.
- De Trin. l. 2.** CCV. „ Nihil aliud, quantum existimo, divinorum sacra-*Angelorum*  
**n. 35.** mentorum modestia et cauta consideratio persuadet, nisi ut *ministerio sa-*  
„ temere non dicamus, quaenam ex Trinitate persona cuilibet *Hac divinae*  
„ Patrum vel Prophetarum in aliquo corpore vel similitudine *partibus appa-*  
„ corporis apparuerit, nisi cum continentia lectionis aliqua pro-*ditiones.*  
„ babilia circumponit indica. Deus enim corporaliter videri  
„ non potest: per subiectam vero creaturam, non solum Fi-  
„ lium, vel Spiritum Sanctum, sed etiam Patrem corporali  
„ specie sive similitudine mortalibus sensibus significationem sui  
„ dare potuisse credendum est. Proinde illa omnia quae Patri-  
„ bus visa sunt, cum Deus illis secundum suam dispensationem  
„ temporibus congruum praesenteret, per creaturam facta  
„ esse manifestum est. Et si nos latet quomodo ea ministris an-  
„ gelis fecerit, per angelos tamen esse facta, non ex nostro  
„ sensu dicimus, ne cuiquam videamur plus sapere, sed sapi-  
„ mus ad temperantiam, sicut Deus nobis partitus est mensuram  
„ fidei, et credimus, propter quod et loquimur.
- De civ. Dei l.** CCVI. „ Mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate et mo-*Creatio.*  
**11. c. 4. n. 2.** bilitate et visibilium omnium pulcherrima specie quodam mo-  
„ do tacitus et factum se esse, et non nisi a Deo inessibiliter  
„ atque invisibiliter magno, et inessibiliter atque invisibiliter  
„ pulchro fieri se potuisse proclamat.

**CCVII.** Duas tradit M. Augustinus contra Manichaeos, et *Omnia simul alibi dierum Geneseos explicaciones: at nos eam praecipue creata sunt et laudamus et admittimus, qua in libris de Genesi ad litteram, & de civitate Dei mirifice docet Deum simul omnia fecisse.*

**De dono pers.** **CCVIII.** „ Nullum est illustrius praedestinationis exemplum: „ quam ipse Medicator. Quisquis fidelis vult eam bene intelligere, adtentat ipsum, atque in illo inveniat et se ipsum. „ Fidelis, inquam, qui in eo veram naturam credit et confiteatur humanam, id est, nostram, quamvis singulariter suscipiens piente Deo Verbo, in unicum Filium Dei sublimatam, ita ut qui suscepit et quod suscepit, una esset in Trinitate persona. Neque enim homine assumpto quaternitas facta est, sed Trinitas mansit, assumptione illa inessibiliter faciente personam unius in Deo et homine veritatem. Quoniam nec Deum tantum dicimus Christum, sicut Manichaei: nec hominem tantum, sicut Photini, nec ita hominem, ut Apollinarii, sturum tres partes diversae fecerunt: sed dicimus Christum Deum verum, natum de Deo patre sine ullo initio temporis, eundemque hominem verum, natum de homine matre certa plenitudine temporis; nec ejus humanitatem, qua minor est Patre, minuerit aliquid ejus divinitati, qua aequalis est Patri. Qui ergo hunc fecit ex semine David hominem justum, qui numquam esset injustus, sine ullo merito praecedentis voluntatis ejus; ipse ex injustis facit justos, sine ullo merito praecedentis voluntatis ipsorum, ut ille caput, hi membra sunt ejus. Qui ergo fecit illum hominem, sine ullis ejus praecedentibus meritis, nullum quod ei dimitteretur, vel originem trahere, vel voluntate perpetrare peccatum: ipse nullis eorum praecedentibus meritis facit credentes in eum, quibus dimittat omne peccatum: qui fecit illum tamquam, ut numerum quam habuerit habitusque sit voluntatem malam; ipse facit in membris ejus ex mala voluntate bonam. Et illum ergo et nos praedestinavit; quia et in illo ut esset caput nostrum, et in nobis ejus corpus essemus, non praecellera merita nostra, sed opera sua futura praefecit.

**De util.cred.** **CCIX.** Contra aliquorum tarditatem seu perversitatem, aut *Gratia.* n. 17. „ putrefactum tabe hujus mundi animum, qualis omnium studiorum est, convenientissime defendenda est tantae gratiae dispensatio, quam superbae animaliae nihil pendunt, quae nimis affectant plurimum posse, et ad sua vita sananda vel etiam refrenanda nihil possunt.

**De Grat.Chr.** **CCX.** „ Ista quaestio, ubi de arbitrio voluntatis et Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficultis, ut quando *ficio.* n. 52. „ defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur: „ quando autem assertur Dei gratia, liberum arbitrium puteatur auferri.

**Ep. 194. n. 3.** **CCXI.** Sed qui „ putant auferri sibi liberum arbitrium, si *Quae tam  
„ nec ipsam bonam voluntatem sine adjutorio Dei hominem ha- firmat homi-  
„ bere consenserint; non intelligunt non se firmare humanum, nis arbitrium.  
„ arbi-*

„ arbitrium, sed impellere ut per inania feratur, non in Domo tamquam in petra stabili collocetur.

**Ib. n. 4. et 19.** CCXII. „ Qui autem personarum acceptorem Deum se Reprimit et credere existimari, si credant quod sine ulla praecedentibus titionem et commeritis, cuius vult miseretur, et quos dignatur vocat, et iam Dei. quem vult religiosum facit: parum adtendunt quod debite, reddatur poena damnato, indebita gratia liberato. Quod est enim meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in nobis faciat nisi gratia; et cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet quam munera sua?

**Ib. n. 5.** CCXIII. „ Ubi quia universa ista massa merito damnata est, Eiusque mythe, contumeliam debitam reddit iustitia, honorem donat indebitum adorandum gratia, non meriti praerogativa, non fati necessitate, dum docet. non temeritate fortunae; sed altitudine divitiarum sapientiae, et scientiae Dei: quam non aperit, sed clausam mittatur Apostolus dicens, *O altitudo eae.*

**De praed. SS. n. 27.** CCXIV. „ Quid igitur opus, ut eorum scrutemur opuscula, Non legendi qui priusquam Pelagiana haeresis oriretur, non habuerunt ne Patres antecessitatem in hac difficultate solvendum quaestione versari? Pelagium ad quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur. Unde factum est ut de gratia Dei quid sentirent, breviter qui- busdam scriptorum suorum locis et transeunter adtingerent.

**De dono pers. n. 53.** Dicimus enim singulas quasque haereses intulisse Ecclesiae proprias quaestiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura divina, quam si nulla talis necessitas cogeret.

**Ib.** CCXV. „ Quid autem coagit loca scripturarum, quibus M. Augustini praedestinatio commendata est, copiosius et enucleatus ita nos troppo defendi, nisi quod Pelagiani dicunt gratiam Dei bus contra Pelagianos laborare, secundum merita nostra dari: quod quid est aliud quam gratia omnino negatio?

CCXVI. Quare quis ex Semipelagianis cantilenan requirens, Hinc ab illo audebit 1. ad illos Patres, qui nondum orta haeresi securius ad alios non loquebantur, a S. Augustino provocare; cum hic magister in fine est provocans de veritatis, et susceptor in visceribus caritatis, quemadmodum

**De praed. SS. n. 27.** cum vocat S. Paulinus, se catholicam sententiam solito diligenter errorum compulsionem fuisse fateatur?

**Ib. n. 7.** CCXVII. Quis 2. audebit ab Augustino jam Episcopo ad Augustinum nondum Episcopum provocare, cum humillimus et sanctissimus Doctor non dissidetur se aliquando errasse, fidem qua in Deum credimus putantem non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis, et per illam nos impetrare Dei dona: quem meum errorem, inquit, nonnulla opuscula mea satis

**De dono pers. n. 55.** indicant ante episcopatum meum. Scripta? Immo cum palam profiteatur se duos libros sui episcopatus initio, ante quam

**Retract. l. 2. c. 1. n. 1.** Pelagiana haeresis appareret, ad Simplicianum Mediolanensem Episcopum scriptisse; convictumque Apostolico illo te timonio, Quis re discernit &c. in posterioris questionis libri

primi solutione laborasse, quidem pro libero arbitrio voluntatis humana-

**De dono pers.** „ humanae , sed viciisse Dei gratiam ? Cumque luculentissime  
p. 55. „ teletur se propterea fecisse libros , in quibus opuscula sua re-  
„ tractanda suscepit , ut nec me ipsum , ait , in omnibus me se-  
„ cutum fuisse demonstarem , sed proficenter me existimare ?  
„ Deo miserante scripsisse , non tamen a perfectione coepisse ? ”

CCXVIII. Quis 3. bona fide poterit , iis quidem libris quos M. Non quae obi-

**Retract. 1. 1.** Augultinus aduersus ingratos in episcopatu exaravit omisiss , ter , sed quae  
c. 29. et 1. 2. c. nonnulla emendicata testimonia proferre ex libris , verbi gratia , ex professo  
31. et de libero arbitrio , et contra Porphyrium , quae postea ipsem non  
praed. SS. n. scripti , fuit  
17. et de modo retrahavit , verum etiam loquacissime explicavit ?

**pers. n. 26. et 27.** CCXIX. Tandem 4. cum suam M. Augultinus de gratia do-  
ctrinam , quam Patres alii , Concilia , Romanique Pontifices  
sempre ratam habuere , clarissime , disertissime , planissimeque  
plurimis in epistolis , sermonibus , integrisque tractationibus  
tradiderit , sed praecipue in libro de correptione et gratia , qui

**Ep. ad Aug. n. 2. Hift. Pel. l. 1. c. 23.** juxta S. Prosperum plenus est divinarum auctoritatis ; juxta vero el-  
lentis , universam divinae gratiae oeconomiam oculis subjecit , ut jure  
merito aereus a doctissimis nuncupetur : tantum abest , quin dicam  
mus tantum Doctorem alio scriptore ecclesiastico indigere inter-

**De praed. gr. c. 12.** prete , ut potius hortemur cum S. Fulgentio , ut hunc legat omnis ,  
qui salutem aeternam adipisci desiderat , humiliiter orans misericor-  
dem Deum , ut eundem spiritum intelligentiae legens accipiat , quem  
ille accepit ut scriberet ; et eandem illuminationis gratiam adipis-  
catur ut discat , quam ille adeptus est ut doceret .

**Enchir. n. 28.** CCXX. „ Optinebat prius hominem fieri , ut et bene velle Gratia non po-  
„ posset , et male ; nec gratis , si bene , nec impune , si male : <sup>lumen non auferit</sup>  
„ Postea vero sic erit , ut male velle non possit ; nec ideo libe- <sup>sed perfecti li-</sup>  
„ ro carebit arbitrio . Multo quippe liberius erit arbitrium , <sup>teratatem .</sup>  
„ quanto omnino non poterit servire peccato . Neque enim  
„ culpanda est voluntas , aut voluntas non est , aut libera di-  
„ cenda non est , qua beati esse sic volumus , ut esse miseri non  
„ solum nolimus , sed nequamquam prorsus velle possimus .

**De quantit. anim. n. 80.** CCXXI. „ Deus igitur summus et verus lege inviolabilis et <sup>afficitur his</sup>  
incorrupta , qua omne quod condidit regit , subjicit animae <sup>ministrat</sup>  
corpus , animam sibi , et sic omnia sibi ; neque in illo actu  
eani deserit , sive poena , sive praemio . Id enim judicavit  
esse pulcherrimum , ut esset quidquid est ; et ita naturae gra-  
dibus ordinaretur , ut considerantes universitatem nulla offendit  
deret ex illa parte deformitas ; omnisque animae poena et  
omne praecium conferret semper aliquid proportione iustae  
pulchritudini , dispositionique rerum omnium . Datum est  
enim animae liberum arbitrium , quod qui nugatoris ratio-  
cinationibus labefactare conantur , usque adeo caeci sunt , ut  
ne ista ipsa quidem vana atque sacrilega propria voluntate se  
dicere intelligent . Nec tamem ita liberum arbitrium animae  
datum est , ut quodlibet eo moliens , ullam partem divini or-  
dinis legisque perturbet . Datum est enim a sapientissimo at-  
que invictissimo totius creaturae Domino . Sed ista ut videm-  
R da

„ da sunt , videre paucorum est ; neque ad hoc quisquam nisi  
vera religione sit idoneus .

**De civ. Dei l.** CCXXII. „ Qui fecit hominem ipsum etiam rectum cum *Eadem libe-*  
**22. c. 1. n. 2.** „ eodem libero arbitrio , non angelis admetit hanc potestatem , *tas angelis da-*  
„ potentius et melius esse judicans etiam de malis bene facere ,  
„ quam mala esse non sineat .

**De gr. et lib.** CCXXIII. „ Sed inquitendum est , ne omnia divina testimo- *Nil tamen quia-*  
**arb. n. 6.** „ nia , quae sine dubitatione sunt plurima , in defensione liberi *let libertas fe-*  
„ arbitrii sic intelligantur , ut ad vitam piam et bonam converfa- *re gratia .*  
„ tionem , cui merces aeterna debetur , adjutorio et gratiae  
„ Dei locus non relinquatur : et audeat miser homo , quando  
„ bene vivit et bene operatur , vel potius bene vivere et bene  
„ operari sibi videtur , in se ipso , non in Domino gloriari .

**Serm. 131. n.** CCXXIV. „ Sunt enim homines ingrati gratiae , multum *Primum libe-*  
**6.** „ tribuentes inopi sauciaeque naturae . Verum est magnas arbi- *rum arbitrium*  
„ trii liberi vires homi , cum conderetur , accepit : sed peccan- *amissum est .*

**Ep. 217. n. 12.** „ do amist , Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi

**Dedono pers.** CCXXV. „ Post casum autem primi hominis , nonnisi ad *Et nunc nisi*  
**n. 13.** „ gratiam suam Deus voluit pertinere , ut homo accedat ad *liberetur , va-*  
„ cum ; neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere , ut homo *let ad pecca-*  
„ Op. imp. 1. 3. „ non recedat ab eo . Nemo nisi per gratiam Christi ad bonum *tum .*

**B. 12.** „ quod vult agendum ; et ad malum quod odit non agendum ,  
„ potest habere liberum voluntatis arbitrium : non ut voluntas  
„ ejus ad bonum sicut ad malum captiva rapiatur ; sed ut a ca-  
„ ptivitate liberata , ad liberatorem suum liberali suavitate .

**Cont. duas** „ amoris , non servili amaritudine timoris adstrahatur . *Qua-*  
**ep. Pelag. 1.** „ propter liberum arbitrium captivatum non nisi ad peccatum  
**3. n. 24.** „ valet ; ad iustitiam vero , nisi divinitus liberatum adjum-  
que , non valet .

**Tract. 41. in** CCXXVI. „ Prima est ergo libertas , carere criminibus . *Eo quisque li-*  
**Io. n. 1c.** „ Cum cooperit ea non habere homo , incipit caput erigere *bitor , quo*  
„ ad libertatem : sed ita inchoata est , non perfecta libertas . *minus peccat .*

**De civ. Dei** Hic talis est pax , ut solatium miseriae sit potius quam beatifi-  
**l. 19. c. 27.** „ tudinis gaudium . Ipsa quoque nostra iustitia tanta est in hac  
„ vita , ut potius peccatorum remissione consistet , quam perfe-  
ctione virtutum .

**Op. imp. 1. 5.** CCXXVII. „ Putas ad naturam liberi arbitrii pertinere , ut *Peccare et non*  
**n. 38.** „ ut possit utrumque , et peccare scilicet et non peccare ; in hoc *peccare non est*  
„ existimas hominem factum ad imaginem Dei , cum Deus ipse *natura libe-*  
„ non possit utrumque . Neque enim vel demens quisquam di- *tatis .*  
„ xerit , Deum posse peccare ; aut tu dicere audes Deum libe-  
rum arbitrium non habere .

**De duab. ani-** CCXXVIII. Putamus igitur ad naturam liberi arbitrii per- *Sed agere ei-*  
**mab. cont.** tinere indifferantiam ad utrumlibet , vel potestatem seu facul- *non agere .*  
**Manich. n. 19.** tam ad opposita ; et hoc erit tum ex aliis , tum ex illis M.  
Augustini verbis : „ Cur non magis hoc signum est unius ani-  
mae , quae libera illa voluntate huc et huc ferri , hinc atque  
hinc referri potest ? Nam mihi cum accidit , unum me esse  
, sen-

„ sentio utrumque considerantem , alterutrum eligentem : sed  
„ plerumque illud libet , hoc decet , quorum nos in medio po-  
„ siti fluctuamus . Nec mirum : ita enim nunc constituti sumus,  
„ ut et per carnem voluptate affici , et per spiritum honestate  
„ possimus .

In Ps. 16. n. 9. CCXXIX. „ Non sicut in lapidibus infestatis , aut sicut in *Deus operatur in nobis vellet.*

„ eis in quorum natura rationem voluntatemque non condidit ,  
De gr. et lib. „ salutem nostram Deus operatur in nobis . Quoniam ipse ut  
atb. n. 33. „ velimus operatur incipiens , qui volentibus cooperatur per-  
ficiens . Ut ergo velimus , sine nobis operatur ; cum autem  
„ volumus , et sic volumus ut faciamus , nobiscum coopera-  
tur : tamen sine illo vel operante ut velimus , vel cooperante  
„ cum volumus , ad bona pietatis opera nihil valemus .

CCXXX. Jure merito igitur damnantes tertiam ex quinque *Nec necessitas*  
De nat. et gr. famosis propositionibus , laudamus cum M. Augustino S. Hiero- *trahimur.*

n. 78. Cont. nimi dicitum : *Liberi arbitrii nos condidit Deus , nec ad virtutem ,*  
Iov. l. 2. *nec ad vitia necessitate trahimur ; aliquin ubi necessitas , nec cor- rona est .* „ Quis non agnoscat ? quis non toto corde suscipiat ?  
„ quis alter conditam humanam neget esse naturam ? Sed in re .  
„ Et faciendo ideo nullum est vinculum necessitatis , quia li-  
bertas est caritatis .

De corr. et CCXXXI. „ Deus hominem fecit cum libero arbitrio , et *Status inno-*  
gr. n. 23. „ quamvis sui futuri casus ignarum , tamen ideo beatum , quia *centiae .*

„ et non mori , et non miserum fieri in sua potestate esse sen-  
tiebat .

ib. CCXXXII. „ In quo statu recto ac sine vicio si per ipsum li- *Rectus et se-*  
berum arbitrium manere voluisse , profecto sine ullo mortis *lix.*  
„ et infelicitas experimento , acciperet illam , merito hujus  
„ permanonis , beatitudinis plenitudinem , qua et sancti ange-  
li sunt beati , id est , ut cadere non posset ulterius , et hoc  
„ certissime sciret .

ib. n. 32. CCXXXIII. „ Tunc ergo dederat homini Deus bonam vo- *Cum bona vo-*  
luntatem ; in illa quippe eum fecerat , qui fecerat rectum : *luntate et ali-*  
„ dederat et adjutorium , sine quo in ea non posset permanere si *qua gratia .*

ib. n. 35. „ veller ; ut autem vellet , in ejus libero reliquit arbitrio .

Enchir. n. 9. CCXXXIV. „ Denique ille et terrente nullo , et insuper *In quo non*  
„ contra Dei terrentis imperium libero usus arbitrio , non fle- *fletis Adam*  
„ tit in tanta felicitate , et in tanta non peccandi facilitate : et *male utens ar-*  
„ sic libero arbitrio male utens homo et se perdidit , et ipsum . *bitrio .*

ib. n. 8. CCXXXV. „ Hinc post peccatum exul effectus , stirpem quo- *Status natu-*  
„ que suam , quam peccando in se tamquam in radice vitiae ve- *ræ lapſae .*

ib. „ rat , poena mortis et damnationis obstrinxit .

De lib. arb. l. CCXXXVI. „ Hoc primum est creaturæ rationalis malum , *Ejus mala ac*  
3. n. 52. „ id est , prima privatio boni : deinde jam etiam nolentibus *principue*  
„ subintravit ignorantia rerum agendarum , et concupiscentia *ignorantia et*  
„ funt revera omni peccanti animae duo ista poenalia ignoran- *concupiscentia*

„ tia et difficultas . Ex ignorantia dehonitat error , ex difficultate crucis affligit . Sed approbare fallax pro veris , ut erret  
„ invitus , et resiliente atque torquente dolore carnalis vinculi ,

, non posse a libidinosis operibus temperare non est natura intelli-  
tuti hominis, sed poena damnati.

**Ep. 217.n.11.** CCXXXVII. Nunc igitur spoliatae gratiis, et vulneratae *Indiget proin-*  
*in naturalibus humanae naturae*, quam totam perdidit in semet- *de majore L-*

**De corr. et** „ ipso primus Adam, major libertas et necessaria adversus tot, *bertate*.

**gr. n. 35.** „ et tantas tentationes, quae in paradiſo non fuerant, dono

„ perseverantiae munita atque firmata, ut cum omnibus ana-  
toribus, terroribus, erroribus suis vincatur hic mundus.

**ib. n. 34.** CCXXXVIII. „ Ipsa adjutoria destingua fuit: aliud est *Innocentis et*  
„ adjutorium sine quo aliquid non fit, et aliud est adjutorium, *Ipsae natu-*

„ quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possimus vivere, *rae discrimen-*

„ nec tamen cum adfuerint alimenta, si fit ut vivat qui mori vo-  
luerit. Ergo adjutorium alimentorum est sine quo non fit,

„ non quo fit ut vivamus. Primo itaque homini, qui in eo lo-  
co, quo factus fuerat rectus, accepit posse non peccare,

„ posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est  
„ adjutorium perseverantiae, non quo fieret ut perseveraret,

„ sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset.

„ Nunc vero sanctis in regnum Dei per gratiam Dei praedesti-  
natis non tale adjutorium perseverantiae datur, sed tale ut

„ perseverantia ipsa donetur; non solum ut sine isto dono per-  
severantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum

„ non nisi perseverantes sint.

CCXXXIX. Cum vero Semipelagiani ex S. Hilarii ad S. Au- *At illam au-*  
gustinum epistola, moleste ferenti ita dividi gratiam, quae *xilium fin-*  
*vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur; asserto quo, ad bene-*

**nimirum 10.** *minus jure distingui auxiliu sine quo ab auxilio quo, ac M. Au-*  
*spicant.*

**11. et 12.** *gulinum tribus integris capitibus docere de correptione et gratia, tunc videlicet gratiam Conditoris ita pendulam fuisse a libero ho-*

*minis arbitrio, ut nunc ad bonum non sit liberum arbitrium nisi*

**ib. n. 38.** *gratia Reparatoris liberatum.* „ Fortissimo quippe dimisit at-  
„ que permisit facere quod vellet: infirmis servavit, ut ipso do-  
„ nante invictissime quod bonum est vellet, et hoc deserere  
„ invictissime nollent.

**ib. n. 29. et** CCXL, „ Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Im- *Illud distri-*  
**30.** *mo vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat:* *men clarissi-*

„ *sancti vero in hac vita, ad quos pertinet liberationis haec gra-*

„ *tia, in malis sunt.* Ille in illis bonis Christi morte non eguit:

„ *istos a reatu et haereditario et proprio illius Agni sanguis ab-*

„ *solvit.* Ille nulla rixa de se ipso aduersus seipsum tentatus

„ *ataque turbatus in illo beatitudinis loco sua secum pace frue-*

„ *batur: proinde etsi non interim laetiora nunc, verum tamen*

„ *potentiore gratia indigent illi.*

**Op. imp. 1.5.** CCLXI. „ Originale peccatum propterea significatus quam *Peccatum ori-*

**n. 9.** „ *naturale dicimus, ut non divini operis, sed humanae origi-*

„ *nis intelligatur; maxime propter illud significandum,* *dicitur*

„ *quod per unum hominem intravit in mundum: quod non in-*

„ *terit disputatione Pelagiana, sed regeneratione Christiana.*

**In Ps. 68.** CCXLII. „ Nost̄ est substantia: non enim iniquitas est na- *Non est sub-*

**Serm. 1. n. 5.** „ *tura, quam formavit Deus; sed iniquitas est perversitas,* *stantia, et*

„ *quam quamvis alie-*

- Op. imp. L. „ quam fecit homo . Inobedientia quidem unius hominis non <sup>num sit no-</sup>  
2. n. 36. „ absurde utique delictum dicitur alienum , quia nondum nati sumus .
- „ nondum egeramus aliquid proprium , sive bonum sive ma-  
„ lum . Sed quia in illo qui hoc egit , quando id egit , omnes  
„ eramus , tantumque fuit ac tale delictum , ut eo natura uni-  
„ versi viciaretur humana ; quod satis indicat etiam ipsa gene-  
„ roris humani tam manifesta miseria ; hoc delictum alienum ,  
„ obnoxia successione fit nostrum .
- ib. l. 4. n. 65. CCXLIII. „ Sic ignoras , vel ignorare te fingis , per quem- *Libido sentien-*  
„ libet corporis sensum aliud esse sentiendi vivacitatem , vel *di ex illo* .  
„ utilitatem , vel necessitatem , aliud sentiendi libidinem . Illud  
„ Deus condidit instruendo corpus humanum , illud diabolus fe-  
„ minavit persuadendo peccatum .
- De nupt. et CCLIV. „ Sic itaque fieri potest , ut etiam illud maneat *Quae est ipsa*  
concup. l. 1. „ actu , praetereat reatu . Si autem quaeritur , quomodo ita *concupiscentia*  
n. 29. „ concupiscentia carnis maneat in regenerato , respondeatur , *tia manus*  
ib. n. 28. „ dimitti concupiscentiam carnis in baptismō , non ut non sit , *alii , et in ba-*  
„ sed ut in peccatum non imputetur . *Quamvis autem reatu* *primo practice-*  
„ suo jam soluto , manet tamen , donec sanetur omnis infirmi-  
„ tas nostra proficiente renovatione interioris hominis de die  
„ in diem , cum exterior induerit incorruptionem . Non enim  
„ substantialiter manet , sicut aliquid corpus , aut spiritus : sed  
„ affectio est quedam malae qualitatis sicut languor .
**Serm. 42. n. 3.** CCCXXXIII. „ Ergo quando petis, ut liberet te Deus ab *Ob ejusdem* „ homine malo, adtende te, noli tibi parcere: te a te liberet. *aut delectatio* „ Quomodo te a te liberat? Dimitendo peccata, dando tibi *nem.* „ vires pugnandi adversus concupiscentias tuas, inspirando vir- „ tutem, dando menti tuae cælestem delectationem, qua om- „ nis terrena delectatio supereretur.

**Serm. 153. n. 10.** CCCXXXIV. „ Suavis es Domine, et in tua suavitate do- *Aut suavitatem.* „ ce me iusticias tuas. Tunc disco ut faciam, si in tua suavitatem.

**Serm. 131. n. 2.** „ te doceas me. Ceterum quamdiu blanditur iniquitas, et dulcis est iniquitas, amara est veritas. Quid ergo miraris? Cre- „ de, et venis: ama, et traheris. Ne arbitris istam aspe- „ ram molestamque violentiam: dulcis est, suavis est: ipsa sua- „ vitas te trahit.

- De gr. et lib.** CCCXXXV. „ Certum est nos mandata servare , si volu- *Aut vires eff-*  
**arb. n. 32.** „ mus : sed quia praeparatur voluntas a Domino , ab illo peten- *cacifissas .*
- „ dum est ut tanto velimus , quantum sufficit ut volendo facia-  
 „ mus . Certum est nos velle cum volumus ; sed ille facit ut  
 „ velimus bonum . Certum est nos facere , cum facimus ; sed  
 „ ille facit ut faciamus praebendo vires efficacissimas volun-  
 „ tati .
- De dono perf.** CCCXXXVI. „ Nos ergo volumus , sed Deus in nobis ope- *Aut impia;*  
**n. 33.** „ ratur et velle : nos ergo operamur , sed Deus in nobis opera-hoc est intrin-  
 „ tur et operari pro bona voluntate . Hoc nobis expedit et cre- *secans efficaci-*  
 „ dere et dicere . hoc est pium , hoc verum , ut sit humilis et sub- *tatem .*
- „ missa confessio , et detur totum Deo .
- De corr. et gr.** CCCXXXVII. Cum igitur „ Deus hominem peccatorem . *Aut omnipi-*  
**n. 8.** „ occultissima et potentissima medicinae suae potestate perdu- *teusiam .*
- Ep. 217. n.** „ cit ; cum voluntates hominum omnipotentissima facilitate  
**24.** „ convertit , ac volentes ex nolentibus facit ; non est dubitan-  
 „ dum , voluntati Dei humanas voluntates non posse resistere ,  
 „ quo minus faciat ipse quod vult quandoquidem etiam de ipsis  
 „ hominum voluntatibus , quod vult , cum vult , facit sine du-  
 „ bio habens humanorum cordium quo placeret inclinandorum  
 „ omnipotentissimum potestatem .
- De pecc. mer.** CCCXXXVIII. „ Nos quantum concessum est sapiamus et *Efficax haec*  
**et rem. l. 2.** „ intelligamus , si possimus , Dominum Deum bonum ideo *gratia ali-*  
**32.** „ etiam sanctis suis alicuius operis justi aliquando non tribuere *quando sanctorum*  
 „ vel certam scientiam , vel victricem delectationem , ut co- *non datur .*
- „ gnoscant non a se ipsis , sed ab illo sibi esse lucem , qua illu-  
 „ minentur tenebrae eorum , et suavitatem qua det fructum  
 „ suum terra eorum .
- De gr. et lib.** CCCXXXIX. „ Testimoniis divinis probatur , gratiam Dei *Non datur sed*  
**arb. n. 13.** „ non secundum merita nostra dari : quandoquidem non solum *cundum meri-*  
 „ nullis bonis , verum etiam multis meritis malis praecedentia *ta .*
- „ bus videmus datam , et quotidie dari videmus . Sed plane  
 „ cum data fuerit , incipiunt esse etiam merita nostra bona , per  
 „ illam tamen : nam si se illa subtraxerit , cadit homo , non  
 Cont. duas „ , errectus , sed praecepsit libero arbitrio . Haec jam satis  
 ep. Pelag. 1. „ , sint adversus eos , qui per arbitrii libertatem destruere volunt  
 4. n. 16. „ , gratiae largitatem .
- De dono pers.** CCCXL. „ Sed cur , inquit , gratia non secundum merita *Cur?*  
**n. 16.** „ hominum datur ? Respondeo , Quoniam Deus misericors est .
- „ Cur ergo , inquit , non omnibus ? Et hic respondeo , Quo-  
 „ niam Deus iudex est . Ac per hoc et gratis ab eo datur gra-  
 „ tia , et justo ejus in aliis iudicio demonstratur , quid in eis  
 „ quibus datur conferat gratia . Qui ergo liberatur , gratiam  
 „ diligat : qui non liberatur , debitum agnoscet .
- De pecc. mer.** CCCXLI. „ Nec ideo tamen , si idecirco etiam sanctos et *Conandum ta-*  
**et rem. l. 2.** „ fideles suos in aliquibus vitiis tardius sanat ; in eisdem vitiis men , ut *nobis*  
**n. 33.** „ nobis permanentum esse existimemus : sed adversus ipsam *lurgiter done-*  
**In Ps. 142. n.** „ , maxime superbiam , propter quam in eis humiliamur , et nos tur-  
 2. „ , vigilanter conemur , et ipsum deprecemur ardenter , simul  
 „ in-

- „ intelligentes et quod sic conatur, et quod sic deprecamus,  
dono illius habere.
- De nat. et gr.** CCCXLII. „ Non igitur Deus impossibilia jubet: sed ju- *Conandum:*  
n. 50. „ bendo admonet, et facere quod possis, et petere quod non non enim im-  
In Ps. 145. n. „ possis. Quid ergo faciemus? Appropinqua, incipe deside- *possibilia jubet*  
9. „ rare, incipe querere, et agnoscere eum a quo factus es. *Deus.*
- Qq. in Deut. CCCXLIII. Verum „ si adjutorium Dei desit, non ideo ex- *Mysterium.*  
q. 50. „ cusabile homini virtutem quoniam iudicia Dei quanvis occul-  
De gr. et lib. „ ta, tamen justa sunt. Si autem non desit, non Deus coronat  
arb. n. 15. „ merita tua tamquam merita tua, sed tamquam dona sua.
- Enchir. n. 28. CCCXLIV. Quod si „ factus sic est homo rectus, ut mane- *Gratiae efficac-*  
„ re in ea rectitudine possit non sine adjutorio divino, et suo *et necessest.*
- De corr. et.** fieri perversus arbitrio: nunc posteaquam est illa magna pec-  
gr. n. 37. „ cati merito amissi libertas, etiam majoribus donis adjuvan-  
„ da remansit infirmitas.
- De nat. et gr.** CCCXLV. „ Ac per hoc natura humani generis ex illius *Ne dicatur*  
n. 2. „ unius praevaricatoris carne procreata, si potest sibi sufficere gratis *Christi*  
„ ad implendam legem perficiendamque iustitiam, de praemio *tum mortuum*  
„ debet esse secura, hoc est, de vita aeterna, etiam si in ali- *effe.*  
„ qua gente, aut aliquo superiore tempore fides eam latuit san-  
„ guinis Christi.
- De gr. et lib.** CCCXLVI. „ Lex autem sine gratia littera est occidens, in *Aut Pelaginos*  
arb. n. 37. „ gratia vero spiritus vivificans. Unde est hominibus caritas *vicisse.*  
„ Dei et proximi, nisi ex ipso Deo? Nam si non ex Deo, sed  
„ ex hominibus, viceunt Pelagiani: si autem ex Deo, vici-  
„ mus Pelagianos.
- De pcc.** CCCXLVII. „ Quapropter quisquis humanam contendit in *Eft autem ne-*  
orig. n. 34. „ quelibet acetate naturam non indigere medico secundo Adam, *cessaria 1. ad*  
„ quia non est vitiata in primo Adam, non in aliqua quæstione, *singulos pista-*  
„ in qua dubitari vel errari salva fide potest, sed in ipsa regula *tis actus.*  
„ fidei que Christiani sumus, gratiae Dei convincitur inimicus.
- De gest. Pe.** Hinc jam objicuntur Pelagio alia Caelestii capitula capitalia,  
lag. n. 30. „ et sine dubitatione damnanda, quae huius anathematizasset,  
„ cum his sine dubio damnaretur, In tertio capitulo scripsisse,  
„ Caelestium, Gratiam Dei et adjutorium non ad singulos actus  
„ dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege ac doctrina.
- Ep. 217. n.** Nos autem proprio Christo Christiani catholici scimus ma-  
16. „ ribus ad singulos actus dari gratiam Dei; qua virtus in infir-  
**De gr. Chr. n.** mitate perficitur, quaque agitur, non solum ut facienda no-  
43. „ verimus, verum etiam ut cognita faciamus; nec solum ut  
ib. n. 11. diligenda credamus, verum etiam ut credita diligamus. Hanc  
„ debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari,  
„ verum etiam esse Christianus.
- Ep. 194. n.** Quapropter ne se vel ipsius orationis meri- *Ad orandum*  
10. 16. 17. age, itum extollat, etiam ipsa oratio inter gratiae munera reperi-  
„ tur; quia Spiritus sanctus interpellare nos facit, nobisque in-  
„ terpellandi et getundi inspirat affectus: ipso efficitur, ut clari-  
„ memus: et sicut sine spiritu fidei non est recte quispiam credi-  
„ tur, ita nec sine spiritu orationis salubriter oratus. Ad-  
„ ten-

De dono pe. 55. tendant ergo quomodo falluntur, qui putant esse a nobis, non  
si. n. 64. dari nobis ut petamus, quaeramus, pulssemus: et hoc esse,  
,, dicunt, quod gratia praeceditur merito nostro, ut sequatur il-  
,, la, cum accipimus petentes, et invenimus quaerentes, ape-  
,, riturque pulsantibus: nec volunt intelligere etiam hoc divini  
,, munieris esse, ut oremus.

Ep. 217. n. CCCXLIX. „ Tu autem si ea, quae de te audio, vera sunt, 3. *Ad initium*  
29. *initium fidei, ubi est etiam initium bonae, hoc est, piae vo-*  
*fides.*

De praed. SS. n. 5. „ agi, quoniam donavit et fidem. Et ideo commendans illam  
„ gratiam, quae non datur secundum aliqua merita, sed efficit  
„ omnia bona merita. *Non quia idonei sumus*, inquit Aposto-  
„ lis, *cogitare aliquid quasi ex nobis meti ipsi*, sed *sufficientia no-*  
*strar ex Deo est*. Adtendit hic, et verba ita perpendant, qui  
„ putant ex nobis esse fidei coepit, et ex Deo esse fidei sup-

Ep. 194. n. 9. „ plémentum. Reslat igitur, ut ipsam fidem, unde omnis ju-  
„ stitia sumit initium, non humano, quod isti extollunt, tri-  
„ buamus arbitrio; nec ullis praecedentibus meritis, quoniam  
„ inde incipiunt bona quaecumque sunt merita; sed gratuitum  
„ donum Dei esse fateamur, si gratiam veram, id est, sine me-  
„ ritis cogitamus.

De praed. SS. n. 5. CCCL. „ Quod ergo pertinet ad religionem atque pietat- 4. *Ad affectum*  
n. 5. „ tem, profecto non sumus idonei credere aliquid quasi *ex no-*  
*dat veritates* bismeti ipsi; adjuvat enim nos Deus, inquit quoque Pelagius, *salutis*.

De gr. Chr. n. 8. et 11. „ per doctrinam et revelationem suam, dum cordis nostri oculi  
„ aperit. Sed nos eam gratiam volumus ille aliquando fa-  
„ teatur, qua futurae gloriae magnitudo non solum promitti-  
„ tur, verum etiam creditur et speratur; nec solum revelatur  
„ sapientia, verum et amatur; nec solum suadetur omne quod  
„ bonum est, verum et persuadetur.

Op. imp. I. 1. n. 105, 106. CCCLI. „ Multum erras, qui vel necessitatem nullam putas 5. *Ad evitan-*  
107. „ peccandi, vel eam non intelligis illius peccati esse poenam, *da peccata*.

„ quod nulla necessitate commissum est. Necesse est ut peccet,  
„ a quo ignoratur justitia: sed ut non oblit ista necessitas, donat  
„ ille qui dicitur, de necessitatibus meis erue me. Donat autem  
„ duobus modis, et prateritam dimittendo iniquitatem et opili-  
„ tulando ne intremus in tentatione. Ab hac ergo necessita-  
„ te servitus ille liberat, qui non solum dat praecepta per  
„ legem, verum etiam donat per spiritum caritatem, cuius do-  
„ citione vincatur delectatio peccati: alioquin perseverat in-  
„ victa, et servum suum tenet. Multum in hac vita ille profe-  
„ cit, qui quam longe sit a perfectione justitiae, proficiendo co-  
„ gnovit. Sed inventant isti si possunt aliquem sub onere corrui-  
„ ptionis hujus viventem, cui iam non habeat Deus quod igno-  
„ scat: nisi tamen eum fateantur non doctrina legis datae, sed  
„ etiam

De spir. et lit. n. 64, 66. „

- „ etiam infuso spiritu gratiae, ut talis esset, adjutum; non  
 „ cujuscemodi peccati crimen, sed ipsius impietatis incurrit.
- De gr. et lib.** CCCLII. „ Ergo et victoria qua peccatum vincitur, nihil 6. *Ad vivendas arb. n. 8. ib.* aliud est quam donum Dei, in iusto certamine adjuvantis libe- *tentationes.*  
**n. 9.** rum arbitrium. Propter quod dicit et caelestis Magister, *Vigi-*  
*late et orate, ne intretis in temptationem.* Ergo ususquisque con-  
 „ tra suam concupiscentiam dimicans oret, ne intret in tenta-  
 „ tionem, ne sit ab illa abstractus et illectus. Non autem intrat in  
 „ temptationem, si voluntate bona vincet concupiscentiam ma-  
 „ lam. Nec tamen sufficit arbitrium voluntatis humanae, nisi  
 „ a Domino victoria concedatur oranti, ne intret in tentatio-  
 „ nem. Quid vero evidenter quam Dei ostenditur gratia, ubi  
**De pecc. mer.** „ quod oratur accipitur? Propter hoc et Dominus orare nos.  
 et rem. l. 2. „ docens, inter cetera monuit ut dicamus; *Dimitte nobis, &c.*  
**n. 4.** Sic ergo totum hoc in tribus beneficiis positum brevi peti po-  
 „ test: *Ignosce nobis ea in quibus sumus abstracti a concipi-*  
 „ *scientia, adjuva ne abstrahamur a concupiscentia, aufer a no-*  
**De perf. ju-** „ *bis concupiscentiam.* Sed plane quisquis negat nos orare de-  
 fit. n. 44. „ bere, ne intremus in temptationem, ab auribus omnium re-  
 „ movendum, et ore omnium anathematizandum esse non  
 „ dubito.
- Cont. Iul. 1.** CCCLIII. „ Amor mundi, quo quisque amicus est hujus q. *Ad amau-*  
**4. n. 33.** „ mundi, non est a Deo; amorque fruendi quibuscumque crea- *dum Deum vel*  
 „ turis sine amore Creatoris, non est a Deo: amor autem Dei, *ut autoremna-*  
 „ quo pervenitur ad Deum, non est nisi a Deo Patre per Jesum Christum.  
**Cont. duas** „ bene quisque utitur etiam creaturis. Sine hoc amore Creatoris.  
**ep. Pelag. i.** „ ris, nullis quisquam bene utitur creaturis. Caritas ex Deo.  
**2. n. 21.** „ est, nec initium ejus ex nobis, et perfectio ejus ex Deo; sed si  
 „ caritas ex Deo, tota nobis ex Deo est. Avertat enim Deus  
 „ hanc amitatem, ut in donis ejus nos priores faciamus, posfe-  
 „ riorem ipsum.
- Cont. Iul. 1.** CCCLIV. „ Noveris itaque, non officiis, sed finibus a vi- 8. *Ad veras  
 4. n. 21.* „ tiis discernendas esse virtutes. Officium est autem quod facien- *virtutes exer-*  
 „ dum est. Cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non vi-  
 „ detur, si non propter hoc facti propter quod facere debet,  
 „ peccare convincitur. Absit autem ut virtutes verae cuiquam  
 „ serviant, nisi illi vel propter illum cui dicimus, *Deus virtutum*  
 „ *converte nos.* Verae quippe virtutes Deo serviant in homini-  
 „ bus, a quo donantur hominibus: Deo serviant in angelis, a  
 „ quo donantur et angelis.
- De gr. Chr.** CCCLV. „ Non est autem consequens, ut qui habet donum 9. *Ad legis fin-*  
**n. 36.** „ scientiae, quo noverit quid agere debeat; habeat etiam caris gula praeccepta  
**ib. n. 10.** „ tatis, ut agat. Proinde per legem gratia demonstratur, ut cepta recte ob-  
**ib. n. 27.** „ less per gratiam compleatur. Quid autem boni faceremus, nisi servanda.  
 „ diligemus? Ubi non est dilectio, nullum bonum opus imputa-  
 „ tur; nec recte bonum opus vocatur: quia omne quod non est  
 „ ex fide peccatum est; et fides per dilectionem operatur. Ac  
 „ per hoc gratiam Dei, qua caritas diffunditur in cordibus nos-  
 „ tris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, sic confiteatur,  
 „ qui

„ qui vult veraciter confiteri , ut omnino nihil boni sine illa quod  
„ ad pietatem pertinet veramque justitiam , fieri posse non du-  
„ baret .

**De catech.** CCCLVI. „ Tunc enim est vere opus bonum , cum a carita-  
rud. n. 16. „ te jaculatur agentis intentio ; et tamquam ad locum suum re-  
„ diens rursus in caritate requiescit „ . Omnia autem opera ef-  
„ fe ad Deum veluti ultimum finem referenda docent haec prae-

**De Trin. I.** aliis M. Augustini verba . „ Apparet cum secundum Deum vi-  
x. n. 21. „ vivimus , mentem nostram in invisiibilia ejus intentam , ex ejus  
„ aeternitate , veritate , caritate , proficienter dedere formari ;  
„ quiddam vero rationalis intentionis nostre , hoc est ejusdem  
„ mentis , in usum mutabilium corporaliumque rerum , sine quo  
„ haec vita non agitur , dirigendum , non ut conformemur huic  
„ seculo , finem constituiendo in bonis talibus , et in ea detor-  
„ quendo beatitudinis appetitum ; sed ut quidquid in usu tempo-  
„ ralium rationaliter facimus , aeternorum adipiscendorum ,  
„ contemplatione faciamus , per illa transeuntes , illis inha-  
„ rentes .

**De dono pers. n. 10.** CCCLVII. „ Nolunt isti fratres ita hanc perseverantiam  
„ praedicari , ut non vel suppliciter emereri , vel amitti contu-  
„ maciter possit . Ubi quid dicant , parum diligenter attendunt.  
„ De illa enim perseverantia loquimur , qua perseveratur usque  
„ in finem : qua si data est , perseveratum est usque in finem ; si  
„ autem non est perseveratum usque in finem non est data . Cur  
„ autem perseverantia ista posicitur a Deo , si non datur a Deo ?  
„ An et illa irrorsaria petitio est , cum id ab eo petitur quod sci-  
„ tur non ipsu[m] date , sed ipso non dante esse in hominis po-  
„ testate ?

**De praed.SS. B. 26.** CCCLVIII. „ Sed quare aliis concedatur , ut ex hujus vitae Mysterium .  
„ periculis dum justi sunt auferantur ; alii vero iusti donec a ju-  
„ titia cadant , in eiusdem periculis vita produciore teneantur ;  
„ quis cognovit sensum Domini ?

**Te Trin. I. 12. n. 22.** CCCLIX. „ Quidquid prudenter fortiter temperanter et ju-  
„ ste agimus ad eam pertinet Scientiam five disciplinam , qua in fidelium , qui  
„ evitandis malis bonisque appetendis actio nostra versatur ; et possunt scire .  
„ quidquid propter exempla vel cavenda , vel imitanda , et pro-  
„ pter quarumcumque rerum quae nostris accomodata sunt usi-  
„ gratia .

**De spir. et lit. n. 48.** Quia non usque adeo in anima humana imago Dei terreno-  
rum affectuum labore detrita est , ut nulla in ea velut lineamen-  
ta extrema remanserint ; unde merito dici possit etiam in ipsa  
impietate vitae suae facere aliqua legis vel sapere .

**Cont. Iul. I. 4. n. 32. Ep. 144. n. 2.** CCCLX. „ Ex quo colligitur , etiam ipsa bona opera quae A quibus quae  
„ faciunt infideles , non ipsorum esse , sed illius qui bene uituit bona sunt , di-  
„ malis . Quid enim superbius vel ingratius cogitare potest hu-  
„ mana recordia , si putaverit cum carne pulchrum faciat Deus  
„ hominem , animo castum ab homine fieri ? Quamquam en-  
„ go Polemo non Deo fuerit aquisitus , sed tantum a domina-  
„ tu luxuriae liberatus : tamen ne id ipsum quidem , quod me-  
„ lius

*Ad referen-  
das singulas  
actiones ad  
Deum , quas  
praecepimus  
referre .*

*11. Ad perse-  
verandum .*

*De operibus in  
fidelium , qui  
possunt scire .  
aliqua et sape-  
re fine efficaci  
gratia .*

*A quibus quae  
bona sunt , di-  
vino operi tri-  
buenda .*

64.

ib. lius in eo factum est, humano operi tribuerim; sed di-  
vino.

CCCLXI. „ Polemo ergo si ex luxurioso continens factus  
ita sciret cuius esset hoc donum, ut eum abjectis superstitioni-  
bus gentium pie coleret; non solum continens, sed etiam  
veraciter sapiens et salubriter religiosus exsisteret: quod ei  
non tantum ad praesentis vitae honestatem, verum et ad fu-  
turae immortalitatem valeret.

De civ. Dei 1.  
2. c. 13. CCCLXII. „ Quamobrem Deus regnum imperii latitudine Uno vito mul-  
ta alia comprimen-  
tis Romanis concessit ad domanda gravia mala multa-  
rum gentium, qui, causa honoris laudis et gloriae, consu-  
luerunt patriae, in qua ipsam gloriam requirebant, salutem-  
que ejus saluti suae praepone non dubitaverunt, pro illo  
uno vito, idest, amore laudis, pecuniae cupiditatem et  
multa alia vita comprimentes. Quibus ergo non erat Deus  
datus vitam aeternam cum sanctis Angelis suis in civitate,  
sui caelestis, ad cuius societatem pietas vera perducit, quae  
non exhibet servitutem religionis, quam ~~anterior~~ Graeci vo-  
cant, nisi uni vero Deo; si neque hanc eis terrenam gloriam.  
excellentissimi imperii concederet, non redderetur merces  
bonis artibus eorum, id est virtutibus, quibus ad tantam glo-  
riam pervenire nitebantur.

fb. c. 15.  
ib. n. 48. CCCLXIII. Quare „ in numero etiam impiorum, nec Deum Qaedam infi-  
delium laudan-  
da, non tamen  
fine.  
verum veraciter julque colentium, quaedam tamen facta  
vel legimus, vel novimus, vel audimus, quae secundum  
justitiae regulam non solum vituperare non possumus, verum  
etiam merito recteque laudamus: quamquam si discutiantur  
quo fine fiant, vix inventiuntur quae justitiae debitam laudem  
defensionem vereantur.

De civ. Dei 1.  
5. c. 12. n. 4.  
Cont. Iul. 1.  
4. n. 21.  
ib. n. 22. CCCLXIV. „ Neque enim est vera virtus, nisi quae ad eum Bonum non est,  
finem tendit, ubi est bonum hominis, quo melius non est. nisi sit unde-  
Quidquid autem boni sit ab homine, et non propter hoc sit, quaque bonum  
proper quod fieri debere vera sapientia praecepit, et si officio felicitate officio  
videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est.

CCCLXV. „ Posunt ergo aliquia bona fieri, non bene facien-  
tibus a quibus fiunt. Bonum est enim ut subveniatur homini Bona non bene  
periclitanti, praesertim innocentis: sed ille qui hoc facit, si  
amando gloriam hominum magis quam Dei facit, non bene bo-  
num facit: quia non bonus facit, quod non bona voluntate  
facit.

De civ. Dei 1.  
19. c. 25. CCCLXVI. „ Nam licet a quibusdam tunc verae et honestae Virtutes etiam  
putentur esse virtutes, cum ad se ipsas referuntur, nec propter ad se ipsas re-  
pter aliud expetuntur: etiam tunc inflatae ac superbae sunt: latas, super-  
bae, et ideo non virtutes, sed virtus judicanda sunt.

Cont. Iul. 1.  
4. n. 17.  
ib. n. 21. CCCLXVII. „ Sed absteat ut sit in aliquo vera virtus, nisi Verac virtutes  
fuerit iustus. Absit autem ut sit iustus vere, nisi vivat ex fide in iusto sunt.  
de. Justus enim ex fide vivit. Proinde virtutes quae carna-  
libus delectationibus, vel quibusque commodis et emolumen-  
tis temporalibus serviunt, verae proficiunt esse non possunt.

- ib. n. 30. CCCLXVIII. „Si gentilis, inquis, nudum operuerit, numerum peccatum esse  
 „quid quia non est ex fide, peccatum est? Prorius in quantum in se gloriari  
 „non est ex fide, peccatum est; non quia per se ipsum factum, impius negat.  
 „quod est nudum operire, peccatum est: sed de tali opere non  
 „in Domino gloriari, solus impius negat esse peccatum.
- Seat. 224. S. Prosperi ex S. Aug. ib. sent. 106. CCCLXIX. Quae cum ita sint, si „non sunt bona opera, Infidelium vi-  
 „ni si quae per fidem et dilectionem sunt: quia alterum sine ea, peccatum.  
 „altero nullum virtutis fructum parit: omnis infidelium vita  
 „peccatum est; et nihil est bonum sine summo bono. Ubi enim  
 „debet agnitus aeternae et incommutabilis veritatis, falsa vir-  
 „tus est, etiam in optimis moribus.
- Cont. Iul. 1. 4. n. 25. CCCLXX. „Ergo qui naturali lege sunt iusti, aut placent Sine fide im-  
 „Deo, et ex fide placent; qui sine fide impossibile est place possibile place-  
 „re: aut si fidem non habent Christi, profecto nec iusti sunt, re Deo.  
 „nec Deo placent, cui sine fide placere impossibile est.
- ib. CCCLXXI. „Sed ad hoc eos in die judicij cogitationes Omnes infideles  
 „suae defendant, ut tolerabilius puniantur, quia naturaliter les puniuntur;  
 „quae legis sunt utrumque fecerunt, scriptum habentes in cor sed alii magis  
 „dibus opus legis haec tenus, ut alii non facerent quod perpetrari alii minus.  
 „nollent: hoc tamen peccantes, quod homines sine fide non  
 „ad eum finem ista opera retulerunt, ad quem referre debue-  
 runt. Minus enim Fabricius quam Catilina punietur, non  
 „quia ille bonus, sed quia ille magis malus: et minus impius,  
 „quam Catilina, Fabricius, non veras virtutes habendo, sed  
 „a veris virtutibus non plurimum deviant.
- ib. n. 26. CCCLXXII. „An forte et illis, qui exhibuerunt terrenae Impudentiae  
 „patriae Babyloniam dilectionem et virtute civili, non vera, est medium lo-  
 „sed veri simili daemonibus vel humanae gloriae servierunt, cum excogita-  
 „Fabricii videlicet, et Regulis, et Fabiis, et Scipionibus, re quo Romani  
 „et Camillis, ceterisque talibus, sicut infantibus qui sine ba- ni illi beroe  
 „ptisno moriuntur, provisuri estis aliquem locum inter damna- eant.  
 „tionem regnumque caelorum? Non opinor perditionem vel-
- S. Prosp. Coll. c. 13. n. 1. Cont. Iul. 1. 4. n. 32. CCCLXXIII. „Obscero igitur, cum virtutum semina, quae Eorum virtu-  
 „beneficio Creatoris inserta sunt, praevaricatione primi parentis tes, seminibus  
 „eversta sunt, nec haberit quenam, nisi ex resistente qui dederat; everstis, fructus  
 „quomodo non aut jocaris in his disputationibus, aut deliras, arborum steri-  
 „qui sterilium fructus arborum laudas?
- De nat. et gr. n. 29. CCCLXXIV. „Ipse autem Deus, cum per mediatorem De derelictis;  
 „Dei et hominum hominem Jesum Christum, spiritualiter sa- quos non des-  
 „nat aegrum, vel vivificat mortuum, id est, justificat impium; rit Deus, nif  
 „et cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam deseratur.  
 „justitiamque perduxerit, non deserit, si non deseratur, ut pie  
 „semper iusteque vivatur.
- ib. n. 24. CCCLXXV. „Cogitemus itaque praevacatoriem legis Desertus fit  
 „quam digne lux deserat veritatis; qua desertus utique sic cœcus et plus  
 „cœsus, et plus necesse est offendat, et cadendo vexetur, vexa- peccat: sed ab  
 „tusque non surget; ut ideo tantum audiat vocem legis, quo hoc non cogi-  
 „admoneatur implorare gratiam Salvatoris. Lege igitur infra- tur.  
 „tigibili spargentem poenales caecitates super illicitas cupi-  
 „dita-

,, ditates D<sup>e</sup>um ad ista non cogere , sed dignos desertere tantum de-  
serere , qui hoc dicit , verissime dicit .

- Ep. 194. n. 14.** CCCLXXVI. , Quaerimus namque meritum obdurations , Meritum ob-  
,, et invenimus . Merito namque peccati universa massa dam- durationis in-  
,, nata est : nec obduratur Deus impertiendo malitiam , sed non venitur .  
,, impertiendo misericordiam . Quibus enim non impertitur ,  
,, nec digni sunt , nec merentur : at potius ut non impertatur ,  
,, hoc digni sunt , hoc merentur .

- De corr. et gr. n. 24.** CCCLXXVII. , Deus vero diligentibus eum omnia coope- *Diligentibus*  
,, ratur in bonum ; usque adeo proflus omnia , ut etiam si qui eo- *Deum vel pec-*  
,, rum deviant et exorbitant , etiam hoc ipsum eis faciat profi- *cata cooperan-*  
,, cere in bonum , quia humiliores redeunt atque doctiores . Sic *tur ia bonum* .  
**De continent. n. 32.** David per medicinalem providentiam paululum desertus est  
,, a rectore , ne per exitalem superbiam deserteret ipse re-  
,, forem .

- Sent. S. Prosp. 184. ex S. Aug.** CCCLXXVIII. Quoniam autem , non est desperandum de *Impii practi-*  
,, malis ; sed pro ipsis , ut boni siant , studiosius supplicandum ; *piantr, corri-*  
,, quia numerus sanctorum de numero semper est auctus impio- *piantr, orient.*  
**De corr. et gr. n. 4. ib. n. 5.** , rum : quando non agunt , sive omnino non faciendo , sive non  
,, ex caritate faciendo , orient , ut quod nondum habent , acci-  
,, piant . O homo , in praecceptione cognosce quid debeas ha-  
,, bere , in correptione cognosce tuo te vitio non habere , in  
,, oratione cognosce unde accipias quod vis habere .

- De spi. et lit. n. 18.** CCCLXXIX. , Pietas est vera sapientia : pietatem dico *Veritates gra-*  
,, quam Graeci ~~sacra~~ vocant ; quae Dei cultus dici potest et praed-  
,, rat , qui in hoc maxime constitutus est , ut anima ei non sit *finalitionis* sunt  
,, ingrata . Erit autem ingrata , si quod illi ex Deo est , sibi *fundamentum* .  
,, tribuerit , praecipueque justitiam , cuius operibus velut pro- 1. *pietas* .  
,, priis et velut a semetipsa sibimet partis , non vulgariter tain-  
,, quam ex divitiis aut membrorum forma aut eloquentia , ce-  
,, terisque sive externis , sive corporis sive animi bonis , quae  
,, habere etiam scelerati solent , sed tamquam de iis quae pro-  
,, prie sunt bona bonorum quasi sapienter inflatur . Quo vitio  
,, repulsi a divinae stabilitate substantiae , etiam magis quidam  
,, viri ad idolatriae dedecus defluxerunt .

- Enchir. n. 37.** CCCLXXX. , Ac per hoc cum nullus homo sit salvus , nisi *a. Orationis.*  
,, cum fieri Deus voluerit ; ideo est rogandus ut velit , quia ne-  
**Conf. l. 10. n. 45.** , cesse est fieri si voluerit : et ita rogandus , *Da quod jubes , et*  
,, *jube quod sis* ; quea verba Pelagius Romae cum a quadam  
**Dedono pers. n. 53.** , suissent eo praefente commemorata , ferre non potuit , et con-  
,, tradicens aliquando commotius , pene cum eo qui illa com-  
,, memoraverat litigavit .

- Expos. ep. ad Galat. n. 25.** CCCLXXXI. , In Iudeis erat per trasgressionem legis con- 3. *Humilitas.*  
,, fringenda superbia . Gentes autem facilime etiam sine hu-  
,, jusmodi legit transgressione humiliarentur . Non ergo lex  
,, data est , ut peccatum auferret , sed ut sub peccato omnia  
,, concluderet . Lex enim ostendebat esse peccatum , quod illi  
,, per consuetudinem eaeccati possent putare iustitiam : ut hoc  
,, modo humiliati cognoscerent , non in sua manu esse salutem  
,, suam , sed in manu mediatoris . Maxime quippe humilitas  
,, revo-

,, revocat, unde nos dejectit superbia. Et ipsa humilitas est ac-  
comodata percipiendae gratiae Christi, qui singulare humili-  
tatis exemplum est.

**De pred. SS. n. 21.** CCCLXXXII. „ Sane cum Apostolus dicat, *Ideo ex fide, q. Spec.*

,, ut secundum gratiam firma sit promissio: miror homines infi-  
nitatis suae se mallem committere, quam firmitate promissio-  
nis Dei. Sed incerta est mihi, inquis, de me ipso voluntas  
Dei: Quid ergo, tua ne tibi voluntas de te ipso certa es,  
nec times, *Qui videsur flare, videat ne cadat?* Cum igitur  
utramque incerta sit, cur non homo firmiori quam infirmiori fi-  
cet, dem siam; spem, caritatemque commitit?

**De dono pers. n. 3.** CCCLXXXIII. „ Irritoria est etiam illa actio gratiarum, si 5. *Grati ani-*

*ex hoc gratiae aguntur Deo quod non donavit ipse, nec fe- mi.*

**De praed. SS. n. 39.** „ cit. Gratias Deo pro Thessalonicensibus agit. Apostolus. Si  
homini gratias ageret pro eo quod illum vel putaret non praec-

,, fluisse vel non sit, adulatio vel irrisio verius, quam gratiarum  
actio diceretur. Nolite errare, Deus non irritet.

**De dono pers. n. 19.** CCCLXXXIV. „ Multos a perniciosa elatione reprimit, 6. *Vigilantiae*

*et timoris.*

**In Ps. 66. n. 24.** „ cadat. Voluntate autem sua cadit; et voluntate Dei stat,

,, qui stat. Potens est enim Deus statuere illum: non ergo ipse,

**In Ps. 120. n. 3.** „ fed Deus. Verumtamen bonum est non alium sapere, sed

,, timere. Vigilat hostis: dormis tu. Nescia qua hora veniat,

**Serm. 93. n. 17.** „ semper vigila; ut quia nescis quando veniat, paratum te

,, inveniat, cum venerit. Corde vigila, fide vigila, spe vi-

**gr. n. 24.** „ gila, caritate vigila, operibus vigila. Discant itaque in

,, ipsa via iusta cum tremore se exultare deberet, non sibi arro-

,, gando tamquam de sua virtute fiduciam permanendi, nec

,, dicendo in abundantia sua, Non movebor in aeternum.

**Cont. Jul. 5. n. 24.** CCCLXXXV. „ Sentis ne jam tandem, gratiae hujus ini-

,, mici quanto sint fonte lacrymarum plangendi, et ne alios *fanci doctri-*

,, ad interitum secum trahant, quanta pastoralis curae observa-

,, tione vitandi? Vos enim augetis ista novitatem occidui tem-

,, poris pravitatem. Vos etsi ruinam morum, qui ipsius fidei

,, supra quam mores aedificandi sunt, molimini fundamenta

,, subvertere. Vos pudoris interitus, quos laudare non pudet,

,, conta quod pugnat et pudor.

**CCCLXXXVI.** At nos cum M. Augustino gratiae doctore, *Caecilius auto-*

*ritate refre-*

*nanda morum*

*licentia.*

**Ep. 138. n. 14.** acque ac morum magistro illud in primis statuimus: „ Cui li-

,, centia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur: quoniam nihil

,, est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutritur im-

,, punitas, et mala voluntas velut hostis interior roboratur.

**ib. 17.** „ Hinc in ista colluvie morum pessimorum, et veteris perdita

,, disciplinae, maxime venire ac subvenire debuit caelestis

,, auctoritas.

**Ep. 118. n. 33.** CCCLXXXVII. „ Itaque totum clumen auctoritatis lumen- *Quae auctori-*

,, que rationis in illo uno salutari nomine Jesu, quem ipsius *tas est in Ec-*

,, veritatis atque sapientiae incommutabilis cognoscimus gestare *eklesia.*

,, personam, atque in una ejus Ecclesia, recreando atque re-

,, formando humano generi constitutum est.

- De civ. Dei l. 5. c. 6. n. 1. CCCLXXXVIII. „ Daemonibus infimis est doctrina veri: *Regula 1. motus*  
 ib. 1. 7. c. 19. „ tatis; a qua veritate quae non veniunt, plerumque et nullo rum, *veritas*.  
 De lib. arb. l. 2. n. 38. „ impellente se ipsa subvertunt. Quare si nullus de illa judi-  
 cat, nullus sine illa judicat bene: ea veritate vinci volo,  
 De. 8. Dulc. „ quae sacris litteris aperiuntur non resistit. Non enim quae  
 Q.q. q. 1. n. „ resistit, dicenda est illa ratione veritas, vel putanda.
14. Conf. l. 12. n. 34. CCCLXXXIX. „ Ideoque tremenda sunt iudicia Domini, *Quam nemo*  
 „ quoniam veritas Domini nec mea est, nec illius aut illius, *prae sumat ha-*  
 „ fed omnium nostrum quos ad ejus communionem publice, *bere privatam.*  
 „ vocat, terribiliter admonens nos, ut nolimus eam habere  
 „ privatum, ne privemur ea. Nam quisquis id quod Domini  
 „ nus omnibus ad fruendum proponit, sibi proprie vindicat,  
 „ et suum vult esse quod omnium est, a communi propelli-  
 „ tur ad sua, hoc est, a veritate ad mendacium. Qui enim  
 „ loquitur mendacium, de suo loquitur.
- De lib. arb. l. 2. n. 52. CCCXC. „ Neque prudentia cuiusquam sit prudens alius, *Cui alba rene-*  
 „ aur fortis fortitudine, aut temperans temperantia, aut ju-*dum, non be-*  
 „ stis justitia hominis alterius quisquam efficit; sed coap-*minibus.*  
 „ tando animum illis incommutabilibus regulis, lumenibus  
 „ que virtutum, quae incorruptibiliter vivunt in ipsa veri-  
 ib. l. 1. n. 15. CCCXCI. „ Ut igitur breviter aeternae legis notionem, *Regula 2. mo-*  
 „ quae impressa nobis est, quantum valeo verbis explicem, *rum lex aeterna*  
 „ ea est qua justum est ut omnia sint ordinatisima: tu si ali-  
 Cant. Faust. „ ter existimas prome. Ergo lex aeterna est ratio divina,  
 1. 22. c. 27. „ vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari jubens,  
 „ perturbari vetans.
- De ord. l. 2. n. 25. CCCXCII. „ Ipsa autem Dei lex est, quae apud eum *Regula 3. mo-*  
 „ fixa et inconcessa semper manens in sapientes animas qua-*rum lex natu-*  
 „ ri, si transcribitur, ut tanto se sciant vivere melius, tantoque  
 „ sublimius, quanto et perfectius eam contemplantur intelli-  
 Despir. et lit. „ gendo, et vivendo custodiunt diligentius. Sed sicut ipsa  
 „ imago Dei renovatur in mente credentium per testamen-  
 „ tum novum, quam non penitus impietas aboleverat; nam  
 „ remanserat utique id quod anima hominis nisi rationalis  
 „ esse non potest: ita etiam ibi lex Dei non ex omni parte  
 „ delata per injustitiam, profecto scribitur renovata per gra-  
 „ tiam.
- Conf. l. n. 9. CCCXCIII. Quae Dei „ lex scripta est in cordibus ho- *Cujus non da-*  
 Dedi. 83. „ minum, quam ne ipsa quidem delet iniquitas. Ex hac igi-*tur ignorantia*  
 Q.q. q. 63. n. 2. „ tur ineffabili atque sublimi rerum administratione, quae *invincibilis.*  
 „ sit per divinam providentiam, quasi transcripta est natu-  
 „ ralis lex in animam rationalem, ut in ipsa vitae hujus  
 „ conversatione moribusque terrenis homines talium distribu-  
 „ tionum imagines servent.
- De conjug. CCCXCIV. Quare „ cum id quod Dominus aut juber aut *Regula 4. mo-*  
 „ adult. l. 1. n. 26. „ vetat, aliud facere omnino non licet; non afferamus igitur *S. Scriptura*  
 „ tur stateras dolosas: ubi appendamus quod volumus et quo-  
 „ modo volumus, pro arbitrio nostro dicentes: hoc grave,  
 „ illud leve est. Sed afferamus divinam stataram de *Scriptura*  
 „ ris

- „ ris sanctis , tamquam de thesauris dominicis ; et in illa  
 „ quid sit gravius appendamus ; immo ne appendamus , sed  
**In Ps. 44. n.** „ a Domino appensa recognoscamus . Quid augem liceat et  
 10. „ non liceat , pleni sunt libri scripturarum .
- In Ps. 44. n.** CCCXCV. „ Patres missi sunt Apostoli ; pro Apostolis si Regula s. ms.  
 17. „ lii nati sunt tibi , constituti sunt episcopi . Ipsa ecclesia Pa-rum SS. Pa-  
 „ tres illos appellat , ipsa illos genuit , et ipsa illos consti-tret .  
 „ tu in sedibus Patrum . Non ergo te putas desertam , quia  
 „ non vides Petrum , quia non vides Paulum , quia non vi-  
 „ des illos per quos nata es , o Ecclesia : de prole tua tibi  
**Conf. Iul. 1.** „ crevit patremitas . Ergo hi in Ecclesia catholica doctrinæ  
 1. n. 30. et 31. „ fanae studiis claruerunt : ex qua filii generati sunt , ut haec  
 „ discerent ; ejus patres facti sunt , ut docerent .
- De utilit.** CCCXCVI. „ Tria sunt velut finitima similitudinem in animis Non est igitur  
 cred. n. 25. „ hominum distinctione dignissima , intelligere , credere , op- morum regula ,  
 „ nari ; quae si per se ipsa considerentur , primum semper nec opinio Ca-  
 „ sine virtute est , secundum aliquando cum virtute , tertium , suilarum .  
 „ numquam sine virtute . Quod intelligimus igitur , debemus  
 „ rationi ; quod credimus , auctoritati ; quod opinamur , er-  
 „ rori : sed intelligens etiam omnis credit ; credit omnis et  
 „ qui opinatur ; non omnis qui credit intelligit ; nullus qui  
 „ opinatur intelligit .
- Serm. 40. n. 7.** CCCXCVII. „ Ecce dat tibi securitatem procurator : quid Nec eorum se-  
 „ tibi prodest ; si paterfamilias non acceptet ? procurator sum , curitas .  
 „ servus sum : vis dicam tibi , vive quomodo , vis ? Domi-  
 „ nus te non perdet ? securitatem tibi procurator dedit , ni-  
 „ hil valet securitas procuratoris . Utinam tibi Dominus se-  
 „ curitatem daret , et ego te sollicitum facerem ! Domini enim  
 „ securitas valet , etiam si nolim , mea vero nihil valet , si  
 „ ille noluerit . Quae est autem securitas , fratres , vel mea  
 „ vel vestra , nisi ut Domini iusta intento diligenterque au-  
 „ diamus , et promissa fideliter expectemus ?
- Cont. Acad.** CCCXCVIII. „ Si cum agit quisque quod ei videtur pro- Nec eorum  
 1. 3. n. 35. „ babile , nec peccat , nec errat ; id igitur audiens adole-probabilitas .  
 „ scens , insidiabitur pudicitiae uxoris alienae . Quid aliud  
 „ dicturus es , quam non tibi esse probabile ut id faciat ado-  
 „ litescens ? At illi probabile est . Nam si ex alieno probabi-  
 „ li vivimus , nec Tullius debuit administrare rem publicam :  
 „ quia Epicuro visum est non esse faciendum . Adulterabite  
 \* **Retract. 1.** „ igitur ille juvenis conjugem alienam . Sed vos me jocari  
 1. c. 1. n. 4. „ arbitramini : si quae dejerare per omne divinum , nefascire  
 „ me prorsus quomodo iste peccaverit , si quisque id egerit  
 „ quod probabile videtur , non peccat .
- Cont. Acad. I.** CCCXCIX. „ Taceo de homicidiis , parricidiis , sacrilegiis , omnibusque Hac omnia  
 3. n. 36. „ omniis , que fieri aut cogitari possunt fecerla pos-  
 „ flagitiis aut facinoribus , quae paucis verbis , et quod est sunt persuade-  
 „ gravius , apud sapientissimos judices defenduntur . Quo-  
 „ modo autem non facerem quod probabile visum est ? Qui  
 „ autem non putant ista probabiliter posse persuaderi , le-  
 „ gant

„ gant orationem Catilinae ; qua patriae particidium , quo  
„ uno continentur omnia scelera , perfusit .

**De bap.t. cont.** CCCC. Sed illud est peremptorium , quod scribit M. Au- **Unico example**  
**Dant. l. t. n.** guinus de quodam Donatista : „ Si dubium haberet ; non confositor pro-  
„ illic recte accipi baptisma quod in catholica recte accipi babilismus .

4. „ certum haberet , graviter peccaret , in rebus ad salutem ,  
„ animac pertinentibus , vel eo solo quod certis incertis praec-

**Ib. n. 6.** „ poneret . Accipere itaque in parte Donati , si incertum est  
„ esse peccatum : quis dubitet certum esse peccatum ? non  
„ ibi potius accipere , ubi certum est non esse peccatum ?

CCCCI. Haec itaque catholicorum Patrum apostolicis insti- **Honorificum**  
tutionibus tradita permanet in ecclesiis sine aliqua dubitatione . **M. Augustini**  
doctrina , quam Graeci Latinique pontifices ; sancti Spiritus in- doctrinæ elo-  
fusione firmati , uno atque indissociabili semper tenere consen- gium .

su . In qua beatus AUGUSTINUS indutus virtute ex alto ,  
abundans illis omnibus laboravit : non autem ipse , sed gra-  
tia Dei cum illo . Ipsius enim ministerio Dominus ubiorem hu-  
jus rei fidelibus suis instructionem præbuit . Quippe adhuc ipso  
in corpore constituto , Pelagiane haeresis adversus gratiam Dei  
mortiferis ausibus rebellavit . Nec defuit invicta benignitas mi-  
serantis Dei , quas militem suum spiritualis gratiae armis tanto  
fortius præcingeret , quanto acris adversus eamdem usq[ue] irae  
diabolus infligebat . Proinde memoratus Dei pontifex inclitus AU-  
GUSTINUS turrim fortitudinis ipsam gratiam tenens , et ex-  
inde cuncta hostilium machinamenta turmarum caelestis juvami-  
nis virtute confringens , non solum ipse perfecit de hoste victo-  
riam referens triumphavit ; quin etiam posterius certandi et vin-  
cendi ordinem , si quando vicia pravitas recidivo ausu infandum  
capta erigere niteretur , ostendit . Sensum quippe Christi habens ,  
tam gracie Dei quam humani arbitrii et officiis discrescit et mor-  
rita ; semper divinis humana subjiciens , et veraciter docens , di-  
vinitus homini et gratuito iustificationis donum , et bonae voluntatis exordium , et plenum tribui glorificationis effectum . S. Ful-  
gentius de praedelin. et grat. c. 18.

FINIS .



I M P R I M A T U R.

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii  
Apostolici.

*D. Jordanus Patriar. Antiochiae  
Vicegerens.*

\* \* \* \* \*  
I M P R I M A T U R.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum  
Sac. Palatii Apostolici Magister.

• 202 •

1. *What is the relationship between the two concepts?*

Chlorine and Chlorinating Agents



## MUTATIONS

1. *Microtus* (Dipodomys) *californicus* (Gmelin)